6922 IV

Ks. Knapiński

Ex Tractatu de principiis
„Juris Canonici"
p. Bonix [Ks. Marceli Bonix S.J.]

ark. 20

Ex „Tractatu de principiis Bouix 1.

„Juris canonici"

p. Bouix. Parisiis apud Jacobum Lecoffre 1852.

venit: Cracoviae apud Bibl. Wielogłowski.

Cogniturus jus ecclesticum, cognoscat ejus naturam et fontem (auctoritatem) et temporum rationem. Hinc natu leges positivae temporum rationi accomodandae — et fundamentum potestatis legislativae.

I) de natura juris [illegible] tum II) de fontibus ejus juris ecclesiastici III) de ejus evolutione historica et IV) constitutione Ecclesiae nempe constitutio Ecclesiae.

Pars I — Sectio I De variis juris speciebus.

Caput I

§ 1. Jus derivatur vel a juvando contra injurias vel a jubendo; unde antiquis leges jussa dicebantur — vel a justo, justitia ut in can. — Vox est primaria. — **Notio juris**

§ 2. Jus sumitur a) pro omni, quod est justum, aequum, divinis humanisque legibus consentaneum — b) pro sententia judicis vel etiam loco judicii — c) pro jurisprudentia — d) pro facultate legitima aliquid faciendi vel omittendi vel obligandi ad aliquid dandum, faciendum vel omittendum. e) pro collectione legum ut corpus juris.

Loquendo de jure hac ultima significatione illud sumimus.

§ 3. Jus dividitur in 1) essentiale seu naturale, quod ita naturae Dei et rerum creatarum inhaeret, ut non existere non possit — et in 2) accidentale seu positivum, quod a libera Dei vel hominis voluntate procedit. **Divisio juris in universum.**

Divisio in jus aeternum et naturale est minus [completa] recta — nam jus aeternum est actus mentis divinae, et naturale est idem actus hominibus lumine rationis manifestatus. Itaque jus naturale continetur jure aeterno.

Jus positivum dividitur in a) divinum, quod a libera voluntate divina statuitur et b) humanum, quod humana auctoritate est constitutum.

Jus positivum humanum abit in aa) ecclesticum quod ab Ecclesia fertur [illegible] bb) gentium [illegible] quo gentes utuntur cc) civile, quod constat legibus positivis ad bonum temporale civium auctoritate civili constitutis. Attamen tam in ecclesiastico quam in civili jure multa continentur, quae ad jus naturale vel positivum divinum pertinent; Ecclesia etenim et magistratus civilis non solum ex seipsis leges positivas ferunt, sed etiam leges naturales declarant, eas obligationem urgent. Hinc ad has leges jurisprudentia merito extendenda reputatur.

Caput II De primario juris hujusque fundamento.

Jus ~~et~~ idem ē ac leges. Lex ē obligatio. Obligatio ē vel sub pœna seu minus propria, vel sub culpa seu stricta. Collectio legum ~~[illegible]~~ ut merito dicat, jus debet obligare sub culpa, alioquin n leges sed coactiones essent. Statuendum itaq fundamentum hujus obligationis et quidem §1. sententiæ hac de re perversæ refutantur.

1) Principium obligationum n constituit per pactum ullum sociale inter homines initum. Nam ut pactum obliget debet ante illud existere obligatio pactum servandi. Si vero hæc n existat et sine culpa pactum transgredi liceat, ergo nulla existit post pactum, et cuique liberum erit vel pœnam inire v pactum servare. Erit coactio n obligatio.

2) Neque obligatio consulendi utilitati publicæ et cuique suis utilitati nocet, constituit obligationum principium. Hæc enim obligatio aliunde probari debet, si vero aliunde n probat, gratis asserit. Præterea multa scelera civitati n nocent.

3) Neq lumen naturale rationis dictans talem actum esse bonum et laudabilem, et talem alium malum et vitandum, ē primarium obligationum principium. Ratio enim ~~[illegible]~~ percipit id quod jam ē, n vero facit existere objectum perceptum. Ergo moralitas actuum debet jam independenter a ratione existere et reipsa existit.

4) Neque conscientia ē primarium obligationum principium. Conscientia enim ē ratio dictans quid sit licitum et quid illicitum. Ergo idem dicendum de ea quod de ratione diximus.

5) Neq primarium obligationum principium ē ipsa hum. natura inclinans ad damnandos aliquos actus tamquam pravos, et ad laudandos alios tamquam moraliter bonos. Hæc enim propensio orit ex conscientiæ dictamine, seu ex intellectus perceptione. Ergo idem dicendum quod 3) et 4).

Hæ s Acatholicorum sententiæ.

6)-7. ~~Neq~~ Primarium obligationum principium n ē ipse intellectus divinus

ab æterno percipiens quosdam actus tamquam ab hominibus vitandos, quosdam alios ab ipsis ponendos. Nam Deus n̄ ideo ō obligationes, quia Deus eas ab æterno videt, sed videt illas ideo quia sunt. Neque voluntatis divinæ essentia, vi cujus Deus aliquos actus imperat et exigit, alios reprobat et vitat, nam Deus n̄ cæco impetu fertur in prohibendos v. exigendos actus aliquos, sed ex essentiæ suæ necessitate prohibet actus quia mali sc., et alios exigit quia homo tenetur sub culpa eos ponere. Ergo voluntas divina præsupponit obligationes essentiales jam existere.

§ II. ~~Statutum~~ Principia obligationum et juris cujusumque fundamentum ope quorum deveniri possit.

1) Homo in quolibet actu proponit sibi finem ultimum. Si enim agit, necessario ~~aliquid~~ agit. Hoc aliquid ē objectum ejus actionis, seu terminus seu finis. Finem hunc vult v. propter ipsum (et tunc finis hic erit ultimus) vel tamquam medium ad obtinendum aliud, et tunc istud aliud est v. finis ultimus, vel medium ad aliud et sic porro usque ad finem ultimum.

2) Finis hic ultimus ē bonum plenum seu infinitum. Homo enim nequit velle aliquid, nisi quatenus hoc ipsi ē conveniens i.e. quatenus ē ipsi bonum. Bonum igitur ē unica ratio ejus actionis, etiamsi particula boni et bonum ~~limitatum~~ limitatum vult propter bonum ipsum non propter limites, et semper ad majus bonum anhelat, i.e. ad illimitatum infinitum, quod nequit esse nisi in Deo. „Fecisti nos ad te, Domine, et irrequietum ē cor nostrum donec requiescat in te. (S. August.)

3) Potest homo bonum plenum supponere et quærere in rebus creatis. Deus in hac vita n̄ possidetur de facto a nobis, ergo n̄ ē bonum plenum. Sanctis possidentibus de facto Deum, impossibile ē ut hoc bonum extra Deum quærant. Homini vero in hac vita relicta ē libertas ~~plenum~~ plenum bonum quærendi v. in Deo, v. extra in bonis finitis summa, quæ bona finita cum sint

praesentia et sensibilia, vehementer occupant attentionem hominis, et potest in iis quaerere bonum plenum et recedere a Deo tanquam fine ultimo. Unde in praesenti vita peccabilitas, remanente scilicet libertate Deum ti amandi super oia et finem ultimum extra eum quaerendi.

§. III <u>Homini incumbit obligatio propriedicta tendendi ad Deum tanquam finem ultimum.</u> Prob. I° verbis Xti: „Diliges Deum ex toto corde tuo. Hoc ē „primum et maximum mandatum." En obligatio Deum oibq. rebus anteponendi; seu ad Deum tendenti tanquam ad finem ultimum.

Prob. II° Homo quaerens ultimum bonum extra Deum, vult Deum n̄ esse bonum infinitum; ~~qua tendentia~~ ergo tendit ad Dei destructionem, qua tendentia nihil ē peccaminosius. et homo per eam ~~[illegible] privant~~ tendit ad sesse privandum bono infinito. quo tamen ex sua essentia indiget et perpetuo indigebit. ergo ad miserrimum statum tendit, ad damnum boni infiniti quod appetit et nunquam possidebit. Haec tendentia ex natura sua ē malum, vitium, culpa. Ergo ~~Deo~~ ad hanc culpam vitandam necesse habet homo tendendi ad Deum.

§. IV <u>Haec obligatio tendendi ad Deum ē omnium obligationum fundamentum.</u> Nam tenemur amare Deum super oia sicut ē, i.e. amare eum cum ejus voluntatibus divinis essentialibus et accidentalibq., quae constituunt jus naturale et divinum positivum. Insuper voluntas Dei ē ut societates humanae auctoritate regantur et ut leges ab ea latae observent. Itaq homo ut ad Deum tendat, obligatur his oibq. juribus.

d. 18 Jan. 1869.

Caput III De jure naturali.

Prænotantur variorum diversi temporis auctorum de jure naturali sententiæ, quæ argumento sunt, communem fidem viguisse, illud esse aliquid cordibus nostris inscriptum, per lumen rationis cognitum, immutabile et æternum

§. I. De essentia juris nat.

1. Veteres juris consulti reponebant illud in quadam propensione naturali, seu inclinatione facultatis sensitivæ hominibus et brutis communi unde Ulpianus j. n. definit „quod natura omnia animalia docuit" Sed absurde hoc asseritur, nam ad multa appetitus inclinat nos, quæ sunt turpissima.

2. Vasquez et alii reponebant jus nat. in essentia hominis et actuum. Sed essentia hæc est ratio tantum cur aliqua prohibeantur, aliqua præcipiantur, non vero jus ipsum, quod debet esse actus superioris. Itaque suffragaremur huic sententiæ, si fundamentum juris pro ipso jure sumeret.

3. Alii cum Suarezio dicunt j. n. esse lumen rationis a Deo auctore naturæ nobis inditum. Sed ratio non est actus superioris – ope rationis promulgatur tantum lex. Nuntius legis non est legislator.

4. 5. Jus naturale in abstracto continet obligationes, quæ ex ipsa rerum natura oriuntur et hominem ligant itaque est complexio obligationum ex rerum essentia hui incumbentium.

In concreto vero, quatenus est jus stricte hujus vocis significatione, ut actus superioris, recte definitur: complexio obligationum necessario a voluntate divina homini impositarum. Necessario imponuntur, quia ex rerum essentia oriuntur. Unde j. n. duplici nomine obligat i. e. ex rerum essentia. et ex voluntate divina.

§. II De juris n. promulgatione.

1. Communis doctrina patrum Ecclesiæ et scholarum catholicarum tenet: inesse in homine vim quamdam verum percipiendi et a falso discernendi. Quæ vis, ut objecto suo applicetur, indiget in præsenti naturæ statu: apta organorum dispositione, tum sensationis et sermonis excitatione. quibus mens ad attendendum impulsa verum a falso discernat, sine quibus conditionibus homo remaneret absque reflexa cognitione. Hæc facultas lumen rationis appellatur – et per eam lex naturalis promulgatur. Quæ tamen peccato originali obnubilata indiguit revelatione qua ad convenientem juris nat. acquirendam notionem.

II Contra vero Traditionaliste docent, rationem esse tabulam rasam, unde juris naturalis pcipia et illa quę dicunt immediate evidentia, innotuerunt primo hni per revelationem primævam seu locutionem Dei attestantis et instruentis. Hanc revelationem primitivam societas humana succedentibus generationibus perpetuo transmisit et ex notionibus sic per traditionem socialem transfusis coalescere dicunt fundum illum, quem rationem naturalem vocamus. Unde quę cognoscimus, cognoscimus via testimonii n rationis, quę imbecilla ē ad aliquid ex seipsa percipiendum. Sed systema illud, prout et ~~systema~~ proxime accedens ad systema de la Menais a Pontifice Greg. XVI reprobato merito ~~rejicitur~~ rejicit, quippe quod ad scepticismum ducit, et recte rationi adversatur.

§. III De materia juris n., immutabilitate et varios actus irritandi vi:

I. Alii tenent jus naturale n extendi ultra pcipia quę immediate, absq omni discursu a ratione percipiuntur, ut declina a malo et fac bonum — quod tibi n vis fieri alteri ne feceris. ~~Alii~~ communiter vero cum Suarezio alii docent, etiam pcipia quę ~~immediate fluunt~~ per discursum deducuntur ex immediate perceptis. Rationes hujus rei vid. in Schmalzgrüber Procem. §. 2. n. 56. Nos hanc tenemus. II Jus n. ē immutabile nam fluit ab ipsa rer essentia. Quod enim prohibet jure n. ē ex se malum. Deus autem n potest non prohibere quod essentia sua ē malum. et contra nunquam potē n injungere id, cujus omissio ex se mala. III Jus nat. quosdam actus prohibet tantum, quosdam vero prohibet et irritat. Communis. Schmalzgrüber l. c. n. 70. 2as tradit hujus rei gratia regulas: Prima ē, quod omnes actus s jure n. irriti, quibus deē pcipium substantiale. e. g. rei donatæ, vel venditæ et traditæ venditio ē nulla, quia deest potestas disponendi et dominium. Item de contractu extorto vi absoluta, dolo, fraude, quia deē consensus.
Altera ē, omnes actus esse irritos, qui prohibiti s ob malitiam intrinsecam, ē perpetuam turpitudinem ut matrimonium in linea recta contractus usurarius.

Caput IV de Jure positivo divino.

Est illud quod Deus vel Xtus ~~per se aut Ministros ange~~ libere constituit — n vero necessario ut in jure nat. Promulgatz lex positiva divina n per rationem, sed per Deum v ejus nuntios. Multa etiam promulgari possunt ~~t~~ externo modo quę ad jus nat. pertinent et hęc propterea ad jus positivum divinum spectare dicuntz. Dividitz in a) vetus, quod Deus in veteri Testamento ipse condidit et per angelos v Moysen et prophetas electo populo Hebr. tradidit, ut ad finem ęternę beatitudinis per fidem in venturum Xtum obtinendę disponerentz. Continet pręcepta a) moralia, statuentia de his quę ex natura sua licita v illicita. b) ritualia, quę statuunt de cęremoniis circa cultum divinum populo H. observandis c propter typicam eorum significationem, vel propter ordinem ecclesiasticum. c) judicialia, quę ad justitię administrationem et ad politicum regimen spectant. Ex iis oiby nunc remanserunt pręcepta moralia, utpote immutabilia, cętera vero per novam legem abrogata. In V. T. oes leges, quotquot ~~ex~~ libris ss. continentz, auctoritate Dei promulgatę n vero a Moyse profectę.

2) novum, quod Xty conditit in N. T. et ~~per se~~ vel per seipsum vel per Aplos promulgavit. Vocatz: lex fidei, gratię, gratia, lex amoris, libertatis etc. Ad illud jus pertinent pręcepta de fide, spem, charitatem, dilectione inimicor., de ritiby substantialiby sacrificii et sacrtor., et quęcunq ex ore Xti excepta ~~Apli~~ tradiderunt. Quoad judicia, Xtus totam legislativam potestatem Ecclę detulit ~~et Unde~~. Quare Apli ea usi; tulerunt quasdam leges, quę n divinę — ut irregularitatem ex bigamia, homicidio ✠ 1 Tim. 3, 2.

Cap. V De Jure gentium.

Deiffenstuel proem. §. 2. u. 3.

Jus gentium ē, quo ōes v. ferme ōes gentes utuntur. Jus g. primarium, ē illud quod naturalis ratio inter ōes gentes constituit, quodq. mentibus hominum ē inditum et coincidit cum jure naturali. Jus g. secundarium, proprie dictum n̄ ex solo rationis instinctu nobis ē inditum, sed necessitate humani convictus sic exigente. Exempla ejus ī can. jus gentium dist. 1. Schulte (Jus can. Proleg. n. 17): Jus gentium ad felicitatem hominum per comercium populorum gentiumq. ordinat. Jus g. v. ē proprium, quod inter gentes receptum ē mutua obligatione. ut jus legatione. indicendi belli. rer. in bello captar. dominium. fœdera pacis et induciar. jus comercii quæstuosi inter gentes n̄ hostiles. v. improprium quod receptum ē inter gentes sine obligatione mutua, ut usus pannis pro communitis civitatum. dominior. distinctio. contractus emptionis, venditionis etc. Illud vocat. jus g. præceptivum, hoc permissivum. Jus g. proprie dictum definit.: est jus, quo gentes, qua tales, mutua obligatione, ex consensu tacito v. expresso sibi imposita, consociant. in ordine ad ea quæ ad earum communem felicitatem et comercium pertinent. Jus naturale suggerit regulas dirigendis gentium commodis proficuas; illæ tamen nimis generales ī, et ideo ab ipsis gentibus latem communi usu et consuetudine determinandæ ī. Differt a jure nat. 1) quia a libera gentium voluntate procedit. 2) obligat gentes apud quas receptum ē, n̄ barbaras. 3) quia prohibet quæ mala ī sed n̄ intrinsece. et contra. 4) quandoq. malum permittit ut humanæ fragilitati condescendat. 5) promulgat. per usum et praxim gentium. 6) ē mutabile.

Cap. VI De jure civili.

Plures leges civiles fuerunt ab Eccl. canonizatæ i. e. tanquam leges canonicæ ab ipsa receptæ. occurrit apud canonistas sæpe recursq. ad jus civile. hæretici monumentis juris civilis abutunt. Sine cognitione juris civilis nec historia disciplinæ ecclesiæ cognoscet. neq. prudens de utraq. judicium institui poterit. En rationes, quæ nos movere debent ad prælibandam notionem quandam juris civilis.

§. I Juris civ. definitio.
Est jus positivum, auctte ppis
v magrtus sæcularis conditum ad
politicam reipublicæ civilis gu-
bernationem, pacem, salutemq
temporalem civium promovendam
et conservandam immediate ordi-
natum. (Wichler Proleg. n. 24). Lato
sensu jus civile ē quo utuntur ~~ver~~ cives
unde jus nat. et gen. eo continet.
Improprio sensu seu onomastice
jus civile vocat jus Rnum, quod
nempe plurimas gentes per plura
sæcula hoc jus rexerit.

§. II Divisio juris c. in varias species.
1) Publicum, quod ad communem oium
utilitatem immediate ē constitutum
e. g. leges de forma guberni, magistratuum officiis etc.
et privatum quod immediate et directe
respicit privatam civium utilitatem
et mediate utilitatem publicam.
2) Privatum subdividit in commune
quod viget in tota republica – et
particulare, quod in quadam pro-
vincia v civitate reipublicæ viget.
Ad jus privatum pertinet jus mu-
nicipale, militare, statuta colle-
gior v societatum. 3) scriptum
seu expresse sancitum et promulga-
tum. non scriptum, quod moribus uten-
tium solum ē introductum.
4) distinguebat olim jus prætorium,
quod prætores introduxerunt adju-
vandi, v supplendi, corrigendi juris
civilis gratia, quod et honorarium
dicit, ad honorem prætor ē sic nominatum.

§. III Juris c. Rni formatio.
Romulg initio sine definito jure rege-
bat populum Rnum. Postea divisit
eum in 30 curias, quæ convocabant
ad leges curiatas sanciendas. Has
rex Numa et ejus successores legi-
bus regiis auxerunt. Quæ oes ex-
pulso Tarquinio ~~[illegible]~~ rege a
Sexto Papirio in Codicem Juris civi-
lis Papiriani ē collectæ. Tarquinio
expulso populg Rnus rursum con-
suetudinis tantum vago dictamine
directg ē. Quod cum incomodum es-
set missi s Decemviri in Græciam.
Qui reversi mutuatas a Græcis
leges unius anni spatio disposuerunt,
et 10 tabulis incisas exposuerunt
judicio civium. ~~[illegible]~~ Quæ deficiebant
his legibus duabg tabulis additis
ē incisa. Unde leges 12 tabular.
Posteriore tempore adjectæ s inter-
pretationes jurisconsultor nomi-
ne juris civilis designatæ, quæ

ē ex se sed ex tacito consensu vim
legis obtinuere. Addite s. actiones
legis, seu actiones legitimæ deter-
minantes modum procedendi in judiciis
plebiscita seu sancita plebis.
senatusconsulta seu ordines senator.
edicta prætor. qui juri dicendo præerant
seu jus honorarium. Summa ~~rerum~~
rerum vero ad unum devoluta su-
pervenerunt constitutiones seu
placita pcipum - responsa pru-
dentum i.e. jurisconsultor. quibus
pcipes licentiam respondendi solem-
niorem concesserunt. Moles itaq.
jurium erat immensa, ut pene mil-
lia librorum impleret. Meditata ~~m~~
itaq. a Julio Cæsare eor. redactio-
~~nem~~ absoluta ē sub Adriano
~~a~~ qui edicta prætor. in unum vo-
lumen cogesta Edictum perpetuum
vocavit, quod illustratum ē commen-
tariis Papiriani, Ulpiani, Gaii, Scæ-
volæ, alior. Augusti et successor.
ejus constnes in Codicem Gregoria-
num et Hermogenianum collectæ
ē a Gregorio et Hermogene.
A. 401 Theodosio juniore Impre pro-
dit ejus jussu Codex Theodosianus
complectens constnes pcipum præ-
cipue Xnor. A. 533 Justinianus Impr
præcepit Treboniano, Constantino,
Theophilo, Dorotheo, aliis, jus uni-
versum in Corpus juris civilis Rni
redigere, data eis licentia inuti-
les constnes abscindendi, v. mu-
tandi et etiam novas necessarias
addendi. Mortuo Justiniano immi-
nuta hujus codicis auctoritas
incrementum cepit s. XII et per
Italiam invaluit, quum explana-
retur Bononiæ publice in schola.

§ IV De Corpore juris civilis Rni.

Constat 1/ Digestis seu Pandectis,
ideo ita vocatis quod omne (παν)
jus antiquum comprehenant (δεχομαι)
et quia Digesta ē in ordinem an-
tiqua jura. Vocant etiam Codex
juris enucleati, quia in eo tota ju-
ris ratio magis quam in ceteris
partibus enucleate exhibetur.

d. 19 Jan. 1862.

Digesta continent 50 libris, in tres
classes distinctis: prima (Digestum
vetus) pertinet a libro 1° ad 24 in-
clusive. secunda (Infortiatum
digestum) a 25 ad 38 incl. - tertia
(Digestum novum) a 38 ad 50.

Citant hoc modo: D. ~~vel~~ (Digestum) vel ff seu π (πανδεκται). l (lex) et ponunt initialia verba eg. jus publicum, addit vel n addit numerum eg. 581 [eiusdem legis] et titulus libri e.g. de pactis. In longioribus legibus quæ aliquot §§ constant, si citat initium hujus legis, ponit pr (principium) si infra, ponit § et nrus eg. et lit. V postea initialia verba §i e.g. l. juris gentium 7. §. 8. V. in rem ff. v D. de pactis.

2°) Institutionibus seu Institutis quæ sunt juris compendium ex commentariis Caii et aliis fontibus ut essent totius jurisprudentiæ prima elementa. Dividunt in 4 libros et 99 titulos. Citant Instit. vel simpliciter I (Institutiones) vel S. addit titulus. eg. §. inter eas 2. Inst. de nuptiis.

3°) Codice. Codex primæ prælectionis periit, remansit solum secundæ seu repetitæ prælectionis. Constat 12 libris, quorum tamen tres posteriori tempore additæ in scholis n explicant. Citant eodem modo ut Pandectæ, nisi quod ~~in~~ loco D. vel ff vel π, ponit C. Si vero citant ~~duo~~ tres posteriores libri, addit L (liber) et nrus libri. Codici adjectæ sunt Authenticæ Frederici Imperii [et aliæ] a Ju~~ris~~consulto Irnerio seu Wernero a. 1137 quæ autoritatem legis n habuerunt, ~~et~~ quæ citant eg. Authent. bona damnator. C. de bonis proscriptor.

4) Authenticis seu Novellis. Novellæ sunt novæ constitutiones a Justiniano promulgatæ post editas Pandecta, Instituta et Codicem. Authenticæ vocant ad differentiam epitomes, quam ex Novellis abbreviatis confecit Julianus Patritius. Vocant jus novissimum. Citant per N. vel sic: In authentico e.g. de testibus 90. cap. sancimus autem. Collat. 7. Novellæ enim continent 9 authenticas collationes, quæ distinguunt in titulos et capita. Brevior modus eos citandi e: nov. 118. c. 2. V. si autem.

5. Extra Corpus habent duo libri Feudorum in titulos et capita divisi et ex moribus Longobardorum præcipue introducti.

Sectio II De recta et præcisa juris can. notione.

Caput I. (Definitio juris can. §. I Ejus varia nomina.

1. Dicitur jus canonicum a κανων i. e. regula. 2. jus sacrum – 3) jus divinum – 4) jus Pontificium 5º jus ecclesiasticum.

§. II Quorundam auctor. definitiones.

Schmalzgrüber (Dissert. proœm. §. 7. n. 232.) „Jus positivum, quod a summis Pontificibus constitutum v. approbatum, Ecclesiæ traditum, fideles proxime ad cultum divinum, pacem et justitiam christianam conservandam; ultimato autem ad æternam beatitudinem dirigit." Eodem modo definit Pirhing (Partit. jur. can. l. I tit. 2. c. 2.) et Pichler (Jus can. l. I n. 32.); in quod Pichler loco „Ecclesiæ traditum" ponit „Ecclesiæ nomine traditum."

§. III Utrum recta sit definitio, quæ jus canonicum tribuit non solum Romanis Pontificibus sed etiam primis Ecclesiæ pastoribus i. e. Eppis.

1.) Jus ecclesiasticum est vel commune, quod ligat universos fideles vel speciale, quod ligat quandam eorum partem.

2.) Utrasque leges sancire potest Pontifex Romanus.

3) Speciales tantum leges possunt Eppi statuere.

4) Idem prælati congregationum Concilio œcumenico inferior. 5) Statuta Œcumenici Concilii in ordinarie vim non ~~[illegible]~~ habent nisi fuerint a Summo Pontifice confirmata. (Extraordinarie vero seq. ~~[illegible]~~ in casu papa dubii valent decreta concilii, quæ ad providendum de certo papa sanciunt.)

6. Jus canonicum ~~latius patenter~~ latius patente hujus vocis significatione, ~~[illegible]~~ potest etiam quis vocare complexionem legum ecclesiasticarum, i. e. tum ab universali superiore ecclesiastico, tum etiam a prælatis inferioribus constitutarum; sed proprie juris canonici nomine veniunt ea tantum decreta et leges, quæ ab auctoritate ecclesiastica, supremam et universalem jurisdictionem habente, sancita sunt. Ita ab omnibus intelligitur jus can. Hinc ~~Non~~ non recte definitur in „Manuali juris can." a S. Congr. Indicis reprobati: Complexio legum positivarum quas propria auctoritate sanxerunt primi Ecclesiæ pastores. i. e. Eppi. Neque in latiori, neque in ~~[illegible]~~ propria significatione juris can. sumitur hæc definitio valere potest. Non valet de jure can. sensu proprio sumpto, nam eppis non tribui debent leges juris communis – si autem quæ particulares constitutiones in eo reperiuntur, vim suam ex approbatione Pontificis obtinuerunt.

Neq valet[de] jure can. latiq patente hujus vocis signifne- nam n̄ oẽs s Eppi qui tamen pro jurisdictione gerzq sua ligare possunt ~~legi~~ legibus subditos suos. Febronianismo infecta itaq ē hæc definitio, nam ex ea sequit 1) leges a Pce Rnō solo latas n̄ constituere jus. 2) easdem tunc vim habere quum ab aliis pastoribq eadem decernant. 3) constitutionibq Pcis Eppos n̄ ligari. 4) Pcem Rnum plenam potestatem regendi Ecclesiam n̄ habere. Itaq ad schismatis venenum latet. D. 20 Jan. 1862.

§. IV. ~~Quomodo~~ Recta juris can. definitio

Prop. I Jus can. ē complexio legum auctoritate Papæ firmatar, quibq fideles ad finem Eclæ proprium dirigant. Hæc definitio est juris canonici propria hujus vocis signifne. Latius patente hujus vocis signifne: est complexio legum a quocunq potestatem legislativam ecclicam habente in bonum spirituale fidelium firmatar.

Caput II Divisio juris canonici.

1) scriptum, et n̄ scriptum (traditiones et consuetudines) 2) commune pro universa Eclia - et particulare pro certo loco, aut certis personis

3) Jus particulare distingui potē in patriarchale, primatiale, provinciale, diœcesanum ~~etc.~~ monacale ~~etc~~ etc. prout particulare ē oibq eclis uniq patriarchatq aut alicui diœcesi, aut monachis.

4) Ratione temporis distinguit in vetus ad Concilium Trid. - novum quod statuit dicta synodus - novissimum post eam. Inimicis S. Sedis placet divisio alia, quæ nempe jus antiquum ad decretales Isidori et Gratianeum codicem - novum ad Concilium Trid. novissimum a Concilio Trid.

Cap. II. Juris can. præstantia.

I ex communi doctor sententia. II præstat juri civili. III non præstat theologiæ, Pro eppali munere ex sententia Joannis Capistrani præferendq ē canonista theologo etiam ubi hæretici s. D. 21 Jan. 1862.

Sectio III de jure gallicano.

seu in universum de jure can. nationali.

Cap. I de jure nationali in gre

§. 1. Quotuplex ē jus nationale

Cuum ecclia ~~aliqua~~ cujus gentis regunt circa quædam legibus propriis, n autem legibg in universos fideles latis, complexio harū legum nuncupari potē jus can. nationale. ~~et quod~~

Jus nationale, ~~juri com~~ fuit v ab initio tale, seu exceptionale, quum scilicet derogaret juri communi ab initio [illegible] tus sui- vel postea tale factum ē quum scilicet id quod fuit juris communis, jure hoc abolito in universa ecclia, in quadam ~~n~~ natione conservatum ē et firmum permansit. Iterum hoc quod fuit exceptionale ab initio, vel fuit exceptionale ratione privilegii, vel ratione concordati. ~~vel~~ Iterum privilegium hoc vel fuit expressum, vel ~~tacite consensu~~ ortum ē ex consuetudine tacito consensu superioris firmata.

§. II Oē jus nationale firmari et subsistere potē nisi auctoritate Sūi Pfis.

Jus nationale derogat communi, quod nisi auctoritate Sūi Pfis statui potest- n vero a pcipe sæculari, qui nullum jus in iis rebus habet- neque a Concilio gli, cujus decreta ut vim habeant, approbari a Summo Pfe debent, et eo minus a conciliis particulari: nec a consuetudine, quæ ut vim legis contra jus commune obtineat tacito saltem consensu a Sūo Pfe approbari necesse ē.

§. II Utrum Pfx potē quodcumque jus c. nationale irritare?

Affirm. et quidem 1/ si ex privilegio expresso fluit hoc jus, privilegium revocari pote- si ex consuetudine tacito consensu approbata, consensus revocari potest- 2/ idem si jus nationale initio fuit commune. 3/ si idem ~~n~~ jus hoc concordatis ē firmatum, nam in his subintelligit conditio: „nisi aliud exigat justa causa gravis et extranea propter bonum commune Ecclæ" Insuper concordata n ~~s~~ proprie pacta. Contra ea tamen sine justa causa ire n licet- neque si Pfx aliquid iis contrarium statuat, censendus ē iis contraire, ut potiq literæ quibg iis derogat, subrepticiæ sint censendæ, nisi ~~in~~ iis specialis, expressa ac justa ear causa a Pfe allegetur.

Duplex distinguendum concordator genus: a/ quibg natio ~~obligat ad se~~ suscipit ipse obligationem erga eos, ad quas

aliunde obligat, ~~vel b)~~ ut concordatum Galliæ 1801. vel b) ad quod ea lite cogi n. potē. Si primum, tunc n. ē pactum proprium. Si secundum subaudienda clausula nisi aliud exigat bonum commune Eccliæ. D. 22 Jan. 1861.

Caput II Quænam sit recta juris gallicani notio et definitio.

Jus can. gallicanum sunt variae apud Ecclias Galliæ juri communi derogationes, auctoritate summi Pīis firmatæ.

Caput III An jus priscum gallicanum omnino antiquatum fuerit a tempore Pii VII, per Concordatum a. 1801 et subsequentes S. Sedis actæ.

§. I Recensentur leges et gesta ad jus novum pertinentia. – Concordatum 15 Julii 1801. mandatum Ep. de resignatione Eppatuum – bulla Qui Christi Dni 29 Novembr. 1801. quæ suppressit oēs Eppatus in Gallia et novos 60 erexit. quamque Card. Caprara ē exsecutus. Napoleo cum concordat publicat articulos organicos, quos Pius VII in allocutione consistoriali d. 24 Maji 1802 ad Concordatum n. pertinere protestatus ē. Concordatum Pii VII cum Ludov. XVIII 1817 d. 18 Jul. quo annihilantur articuli organici in iis, quæ adversantur doctrinæ et legibus Eccliæ" et restituitur Concordatum inter Leonem X et Franciscum I quibusdam punctis exceptis; Concordatum tamen ~~h~~ illud (1817) n. fuit ad executionem deductum, n. tamen abrogatum per Constnem Pii VII a. 1822 quæ hodiedum perseverat.

§. II Per bullam „Qui Xti Dni" priscum jus gallicanum ē antiquatum et annullatum.

§. III Excludi debent tamquam fontes juris can. gallicani novi, tam articuli organici, tum leges quæcumque a mera potestate civili latæ, tum decisiones concilii status et aliorum tribunalium civilium.

§. IV ~~Qui~~ In dubio an aliquid pertineat necne ad novum jus gallicanum? standum ~~pro~~ jure communi, quoties n. constat ei derogatum fuisse sive per Pium VII, sive aliquo post Pium VII legitimo titulo.

§ V. Quid censendum de praxi contra jus commune jam a tempore Pii VII in Gallias ~~intr~~ ducta, non contradicente S. Sede? Respondebitur in decursu tractatuum pro materiæ natura

Pars II. De fontib. seu de efficienti causa juris canonici.

Exponitur necessitas stabiliendi fontem juris canonici;

Sectio I An sit in Ecclesia aliquis fons juris can. et an multiplex vel unicus

Caput I Est in Ecclesia potestas legislativa.

Negarunt hoc olim Aerii, Valdenses, Wiclephus, Huss, Lutherus. Recentiores vero ii qui dicunt hanc potestatem a principib. secularib. ad Ecclesiam manasse, et qui fingunt eam pertinere ad totam fidelium communitatem, a qua illam accipiant necesse est qui in Ecclesia gubernant. Sed

Prop. I Est in Ecclesia legislativa potestas ad regendam et gubernandam fidelium societatem. Est de fide.
Documento est 1) sacra scriptura 2) unanimis traditio et perpetua Ecclesiae praxis - 3) definitiones Ecclesiae.

Prop. II Potestas legislativa Ecclesiae non a principib. secularib. nec a communitate fidelium oritur, sed a Christo ipso tradita est certis Ecclesiae pastorib. seu rectorib. Est de fide. Argumenta hujus sententiae sunt eadem quae et superioris.

Cap. II De verbo Dei scripto et non scripto quatenus juris can. fonte.

I S. scriptura aliquo sensu potest dici fons juris canonici, aliquo non potest. Quatenus nempe plures leges ecclesiae nihil aliud sunt quam explicationes et declarationes regular. in scripturis ss. traditarum, et iisdem quasi fundamento nitit., eo sensu sacra scriptura potest dici fons juris can. Strictiore vero nominis fontis juris can. significatione (i.e. pro causa efficiente legum mere ecclesticar.) non potest. Nam a Verbo Dei scripto oriuntur leges divinae non ecclesiae. Quaedam tamen sancita e Apostolor. scripturis ss. contenta haberi possunt tanquam leges mere ecclesiae. → II

II Verbum Dei non scriptum seu traditiones dici solent doctrinae ac praxes in Ecclesia stabilitae, et quae a primis auctorib. verbo tenus inductae sunt. Distinguuntur in divinas, apostolicas et ecclesiasticas. Divinae sunt pars juris divini. Recte itaque fon-

tibus juris can. excludunt — et nisi improprio sensu hoc nomine donant.

D. 23 Jan. 1862.

Caput III.

(De jure canonico Aplico, seu per Aplos constituto.

§. 1. Quænam certa habeant ex jure aplico. I. In electione Mathiæ modus electionis — item in electione 7 diaconorum. II. Formula profitendæ fidei. III. Decretum Concilii Hierosolymitani de legalibus. IV. Concilium Antiochenum, quod tamen in dubium ē vocatum. V. Nonnullæ ~~tra~~ traditiones, ut trina immersio, jejunium 40male.

§. 2. An constitutiones Aplicæ" sint ab Aplis traditæ et a S. Clemente conscriptæ?

Negant: Natalis, Pagi, Petrus de Marca, qui scriptori s. III eas tribuendas dicit, Bellarminus, Baronius, Perronius, Aubespin, Petavius, Sirmundus, Labbeus, Christianus Lupus. Has constnes in Creta repertas primus in Occidente produxit a. 1551 Petrus Crabbe. Ord. Min. S. Fr. in sua IIa editione conciliorum, in epitomen tamen contractas, inventore et interprete Carolo Capello Veneto. Integras e græco in lat. a Carolo Bovio Ostunensi Eppo versas edidit a. 1567 Laur. Surius in sua collectione conciliorum. A. 1585 Dominicus Nicolinus in Veneta editione eas collocavit cum apologeticis observationibus Francisci Turriani; item Binius a. 1606 in prima sua conciliorum editione Coloniensi; in altera omisit. A. 1618 edidit eas Fronto Ducæus cum commentatus Joan. Bonaræ. A. 1662 adjecit easdem conciliorum editioni Phil. Labbe, suadente Petro de Marca eppo Tolosano deinde Parisiensi; item a. 1728 Nic. Coletus in veneta editione conciliorum et Mansi in conciliorum collectione Florentiæ a. 1759. t. I p. 256. S. Epiphanius plura ex his constnibus refert decreta — Photius eas ~~inter~~ operibus S. Clementis hic accenset. Afferunt etiam testimonia pro illis ex Cyrillo Hier. ex S. Athanasio, ex Concilio Trullano a. 691 habito, ubi constnes tanquam opus Aplorum videntur esse agnitæ, sed ab hæreticis depravatæ. Biner (Appar. juris can. par. II c. 4) ita sentit de hac re: 1) Constnes Aplicæ non sunt ab Aplis traditæ nec a S. Clemente conscriptæ. 2) sunt antiquæ et in multis utiles. 3) olim puræ, successu temporis fuerunt in multis locis depravatæ.

§. III De Canonibus Aplor.

I. Dallæus eorum vim legis eis denegat ob sequentes rationes 1) Inter apocrypha numerantur a Gelasio Papa. 2) Sinceritas eorum neg. 60. 50. 85. 84, quorum tamen 52 authenticos agnoscit Baronius. 3) Doctrinam continent Aplis alienam ut can. 5 ne Eppi uxores suas abjiciant 45 et 46 invalidum baptisma hæreticorum 65 prohibet jejunium die sabbati et dominica. ultimo in canone librorum sacr. omittuntur: Esther, Tobias, Judith, Apocal. et S. scripturæ adnumerantur 2æ eplæ Clementis.

II Turrianus, Covarruvias, Barbosa, Schambogen, Plettenberg, Wiestner, Schmier, Schmalzgrüber, Pichler, Reiffenstuel etc. existimant 84 canones esse ab Aplis traditos et a Clemente conscriptos. et citant Tertullianum (l. contra Prax.) S. Athanasium (Synopsis) - N.B. Biner (Appar. par. II c. 4. n. 24. ad hoc ait se neque in libro contra Praxeam, neque in Synopsi mentionem de canonibus Aplorum minime invenire potuisse. Primus Siatus Senensis hoc finxit, et alii repetierunt, et S. Athanasius doctrinam Clementinam inter apocrypha numerat. et Joannem Damascenum, qui hos canones inter sacras scripturas ponere videtur. III Binius canones 65 et 84 non authenticos esse fatetur - Baronius admittit 52 - Bellarminus 52 priores. Albaspinæus (Aubespin) ~~Prop. I~~ putat collectionem horum canonum esse epitomen privatorum conciliorum et rerum a privatis Eppis sancitarum, qui ante Nic. conc. administrarunt Ecclesias. Natalis eos non antiquiores sæculo VI putat cum aliis. - Sed Prop. I Canones Aplici probabilius ante medium tertii s. fuerunt incogniti. Nam ~~ante~~ ante a. 258, quo orta est Controversia de Baptismo hæreticorum, neque Victor in quæstione de paschate, neque Cyprianus in quæstione de baptismo eos citant. de quibus tamen est sermo can. 7. et 47. Origenes eunuchum se fecit contra can. 21-23. et construes Psevmum quæ ante hoc tempus ad eos provocant, falsæ agnoscuntur.

Prop. II Noti fuerunt sub finem s. III v. initio IV. provocat enim ad eos Constantinus M. in epla ad Eusebium - et Concilium Nicænum de migratione Clericorum.

Prop. III Des 84 canones recepti s. in Eccl'ia Graeca - in latina autem 50.
Prop. IV In 50 prioribus canonibus benigne interpretari possunt qui videntur heterodoxa - ut can. 5. interpretari potest Eppum non posse uxorem ita deserere ut non provideat ipsi de necessaria sustentatione. can. 45 et 46 videntur innuere invalidum baptisma haereticorum non adhibita debita materia et forma - in reliquis vero quaedam sunt ab heterodoxis conficta et rejicienda.
Prop. V. Probabiliter canones hi nec ab Aplis traditi, nec a S. Clemente conscripti sunt ut patet ex dictis.

§. IV Decreta ab Aplis sancita, non constituunt proprie dictum juris canonici fontem. Statuta sunt enim vel collective ab Aplis, vel a singulis eorum. Si sic confirmari debuerunt a Petro. itaque eorum fons fuit Petri legislativa potestas. Si hic quisque Aplorum pro Eccl'ia, quam fundavit, tulit leges, quae postea ab aliis eccl'iis receptae juris communis evaserunt ex consuetudine, quae ut sit legitima confirmari saltem tacito consensu Sum. Pont. debuit. Ergo vim juris canonici habent ex approbatione Sum. Pont.

Caput IV. De sententiis Patrum, quatenus juris can. fonte

Patres dicuntur, qui apl'icam doctrinam nobis veluti per manus tradiderunt in scriptis suis et probati fuerunt in catholicis conciliis. Vincent. Lirin. in Comonit. 1.
I Patrum sententiae in leges ~~ab eccl'ia potestate~~ vel conciliis Rom. Pont. transformatae constituunt jus can.
II Licet per se non sint leges attendum tamen illis in negotiis, quae nec conciliorum canonibus nec Pont. decretis definita sunt, ut docet Leo IV. Ergo sententiis patrum inest vis juris canonici ex auctoritate Pont.
III Primus in Oriente s. VI ineunte Joannes Scholasticus collectioni suae addidit canones ex S. Basilii epla ad Amphilochium. Dein Trullana synodus Trullana, seu Quinisexta can. 12 plura graecorum Patrum opuscula inter canones retulit. Tum s. IX Photius in Nomocanone quorundam SS. Patrum dicta canonibus admiscuit. Idem alii graeci collectores canonum. In Occidente primus Regino s. X ineunte hunc morem secutus est - quem imitatus est ~~Iva~~ Buchardus, Ivo et inprimis Gratianus.

Caput V

Concludit, unicum proprie et stricte loquendo exstare juris canonici fontem, Rmi scilicet Pontificis legislativam potestatem.

Octo fontes juris can. recenseri solent. 1) Sacra scrpa – 2) Traditio, 3) jus ab Aplis sancitum – 4) sententiæ Patrum 5) decreta summor Pontum, 6) concilia œcumenica, 7) Rnæ congregationes Cardinalium – 8) Consuetudo. Ostendimus 4 priores ad jus can. proprie sumptum n pertinere – Probandum etiam quatuor cæteros unum esse eundemq laticem diversis manantem rivis.

I Leges concilior n ex se, sed accedente Rmi Pcis auctoritate vim obligandi habent. Galli aliter tenent eam unice ob causam, quia eor opinio n est ab Eccia damnata – cæterum libenter fatent, doctrinam ipsis oppositam pariter licitam esse. ergo eo ipso supponunt synodum œcumenicam absq Rmi Pcis auctoritate minime leges ullas obligantes sancire posse. Si enim ~~tau~~ talibq legibq sine auctoritate Rmi Pcis latas ~~___~~ morem non gerere licitum esse dicunt, eo ipso nobis consentiunt. Ergo idem fons, sed rtum diversq manandi modus.

II Idem de congregationibq Rnis, de quibq nulla ē controversia.

III Consuetudines, sive præter sive contra jus commune, n aliter evadunt obligatoriæ, nisi quia eis saltem tacitq Rmi Pcis accedit consensus.

De fide ē Rmum Pcem plenam habere potestatem universalem gubernandi Ecciam – ergo nulla alia potestas eandem universalem Ecciam legibq gubernare potest. Merito itaq jus canonicum, nomine juris pontificii apud multos venit. d. 24 Jan. 1862.

Sectio II. De constitutionibus summorum Pontificum quatenus juris can. fonte.

Potestate legislativa Rmi Pontificis continetur totum stricte loquendo jus pontificium. De qua tamen errores v. deg[?]es. 1) Lutherus negat omnem legislativam potestatem Rmi Pontificis. 2) Alii eo casu, quo difficile est congregare concilium oecum., Papæ concedunt accidentalem potestatem leges proponendi, quæ tamen non obligent, nisi communi consensu sint receptæ. Ita Febronius. 3) Alii sustinent, summos Pontifices legibus suis antequam acceptentur saltem ab eppis non posse, etiamsi id vellent, obligationem inducere. Ita gallicani. Sed præter hos errores, disputatur, utrum de facto summi Pontifices velint suas leges non obligare antequam acceptentur, quæ explicabitur infra. Ut tandem lex obliget necessaria est promulgatio, de qua infra.

Caput I. Summus Pontifex immediate accepit ab ipso Christo potestatem legislativam in universam Ecclesiam.

Est de fide. Probatur:

Articulus I. argumenta ex s. Scriptura.

„Super hanc petram ædificabo Ecclesiam." „Quodcunque ligaveris etc. Pasce agnos meos etc."

1. Verba hæc enuntiant potestatem legislativam Petro a Christo collatam
2) certum est prædictam potestatem ad successores Petri manasse, ut patet ex multis testimoniis Veterum, qui de Rmo Pontifice dicunt, Petrum locutum fuisse.

Art. II. argumentum ex praxi Ecclesiæ i.e. exercitio hujus legislativæ potestatis.

A. 196 S. Victor primus exercet potestatem legislativam occasione dissensionis de Paschate. – a. 211 testimonium ex Tertulliano – de quibusdam peccatoribus ad pœnitentiam non recipiendis. – A. 251. Responsio cleri Rmi ad S. Cyprianum, vacante sede Rmа post mortem Fabii. A. 362 Liberius Papa misso universali decreto prohibet hæreticos rebaptizari. A. 385 Siricius Papa prohibet usum matrimonii presbyteris et diaconis ante ordinationem uxoratis. – A. 404 Innocentius I fecit quasdam leges universales. A. 417 Zosimus prohibet sub excom. ne clericus ullus ex Gallia Romam veniret sine formata Arelatensis Archieppi

A. 443 S. Leo M. plura constituit de ordinatione servor. ep. 4. item 12. 16. 18 eplis (editio Ballerinor. fratrum col. 616.)
A. 445. Leo M. ~~deposuit~~ privavit Hilarium Arelatensem Eppum potestate metropolitica — quam sanctionem munivit brachio seculari Valentinianus Imp.
A. 567. ~~ivo~~ Concilium Turonense statutis suis inserit statuta Innocentii I can. 20. Collec. Concil. Mansi t. 9. p. 998.
A. 787 Pelagius II Papa obligat subdiaconos ad servandam continentiam, ut testatur Gregorius M.
Multa hac de re testimonia habet historia Rmor. Pfium sub nomine *Libri pontificalis* nota. et Joannes Politi (Jurisprud. eccl. universa t. I ~~II~~ 9. 7. p. 115 edit. Venet. 1787.) contra Photium.
Hiz facta probant Rmos Pfces semper exercuisse legislativam potestatem tanquam a Xsto sibi traditam; nisi autem legitimum fuisset hoc eor. potestatis exercitium, errasse dicendi forent, errasse dicenda e universa Ecsia, eorum potestati usurpativae se subjiciendo;

Art. III argumentum ex Conciliis

Conc. Constantinopo. ~~VIII~~ gle VIII (quod allegat Pius VI in brevi „*Super soliditate*") privat communione n consentientes sedi Aplicae — et potestatem a canonibus dispensandi ~~...~~ ipsi Pci Rmo tribuit. Concil. Later. cap. 5. „Ecsia Rma principatum potestatis ordinariae super „oes alias obtinet" iisdem fere verbis utitur Conc. Lugdunense II in professione fidei Graecor. Item Conc. Florentinum denique Conc. Tridentinum ses. 14. c. 7.

Art. IV. argumentum ex patribus et ex auctoritate brevis dogmatici Pii VI „Super soliditate" ubi Papa testimonia Patrum allegat, ut probaret summi Pcis legislativam potestatem. (Bullarium continuatum t. 7. p. 671.)

Art. V argum. ex Bulla „Auctorem fidei" ubi damnatur propositio VI Synodi Pistoriensis tanquam schismatica, ad minus erronea. (Bullar. contin. t. 9. p. 399. Propositione hac profitetur Synodus, Eppum accepisse a Xsto oia jura necessaria pro bono regimine suae dioecesis ~~ac si~~ perinde ac si ad bonum regimen cujuscunque dioecesis necessariae non sint superior. ordinationes spectantes sive ad fidem et mores, sive ad glem disciplinam, quar. jus e penes Summos Pfces et concilia generalia.

Art. VI. arg. ex veteribus collectionibus juris canonici: ut ex collectione Dionysii exigui s. VI – ex collectione veteri hispanica a. 633. etc. posteriores.

Caput II. Rni Pfces, si velint, legibus suis ligare possunt universos fideles absq. cujuscunq. acceptatione.

Ex dictis id sufficienter patet. ~~Insuper~~ Si enim leges hę n obligarent, ~~atque~~ Rnus Pontifex potestatem legislativam n haberet. potestas enim proponendi solum leges ad acceptationem, n est legislativa potestas. Talem potestatem quisq. privatus, etiam femina habet. ~~[illegible]~~ ē Idipsum patet ex legis essentia. Lex enim ē statutum obligans. sed qui proponere tntum potest legem, n vero illi conferre obligandi vim, legislativam potestatem non habet. Si autem in quibusdam societatibus pceps n potest sine consensu senatus vel totius populi obligatorias ferre leges id inde ē, quod n in ipso solo residet potestas legislativa, sed in collectione, i.e. in ipso simul et senatu vel toto populo.

Caput III. Potest, si velit, Rnus Pfex legibus suis universos ligare absq. Epporum acceptatione.

Id sua sponte ex precedenti capite sequitur. Contrarium tenet Febronius et Quesnel. Probatur scriptura s. et conciliis. Sub finem XIV s. Urbanus VI concessit quibusdam prelatis, (ad tollenda scandala, quę propter executionem diversarum litterarum ~~Aplicarum~~, quę ab iis, qui pro Rnis Ptibus in diversis obedientiis se gerebant, oriebantur, ut in eorum civitatibus et diocesibus n posset fieri executio aliquarum literarum Aplicarum nisi prius prelatis ipsis, vel eorum officialibus deputatis exhiberentur et per ipsos approbatę fuerint. A. 1493 quum in Hispania falsę quędam literę aplicę cum indulgentiis turpis quęstus gratia circumferrentur, Alexander VI ad preces Ferdinandi V Regis Hisp. concessit, ut nullae deinceps promulgarentur ~~tio~~ indulgentię aplicę, quę n antea ~~a~~ locorum Ordinariis, Aplico Nuntio et majore regis Capellano visae et ab omni suspicione immunes comprobatę fuerint. ~~Cum~~ Quum hęc fiebant cum consensu Rnorum Pnum, itaq. nullum prejudicium propositę sententię faciunt, ut ex sexti capite ~~ex~~ luculentius patebit.

Caput IV. Obligant leges Pontificiq absq Pcipis sæcularis acceptatione aut Placito, nisi libere aliter concesserit Papa.

Hoc patet ex præcedentibq. Probandum idem ẽ contra Febronium et Van Espen.

§. I Placiti regii origo et historia.

Stokmans (Tract. de jure Belgar. p. 167) asserit, placitum regium ab õi memoria in usu fuisse. (Febronius eum laudat. Innocentiq X damnavit decreto d. 23 April. 1654). Sed falsum hoc, nam origo ejus referenda ad schisma Occidentale et ad permissionem Urbani VI (de qua in superiore capite). Tunc simul et Pcipes, ne populi deciperent a pseudopfce et a falsis bullis, voluerunt et ipsi decreta sub nomine Rmi Pcis in varias provincias perlata recognoscere et prohibuerunt ea absq consensu sive placito suo publicari. Ante ~~…~~ hoc tempus nullibi unquam Princeps asseruit, jus sibi esse placitum suum decretis Pcis apponendi. Philippus Pulcher ipse cavit ne literę Bonifacii VIII in regnum ejus deveherent, custodibq ubiq appositis. Item a. 1164 Henricq Angliq rex „severissima edicta per oes sibi subjectas ~~jussit~~ promulgavit, ut oes portq diligentissime custodirent, ne literę interdictionales Alexandri III in Angliam deferrent." Quanto facilius regio negato assensu pontificias constitutiones reges ii eludere potuissent! Ergo certum ẽ 1) placitum regium n̄ in usu fuisse ante schisma occidentale. 2) tunc ideo adhibitum fuisse consentiente Urbano VI ut falsis et falsorum Paparum bullis n̄ deciperent populi, n̄ autem quod principes sibi jus vindicarent de authenticis et certis Rmi Pcis decretis judicandi. Hoc modo placito ~~…~~ regio cœperunt subjici bullę et literę quæcunq pontificię. Exstincto autem schismate Martinq V facultatem ab Urbano VI ~~…~~ concessam sustulit. ~~Alex~~ Ferdinandq V eo ipso quod eandem facultatem a Rmo Pce petit, agnovit sibi jus n̄ esse apponendi placiti decretis summorum Pfcum.

In Portugalia rex Joannes ad instantiam Innocentii VIII abusum evertit. Post Constantiense Concilium fraudibq politicorum placitum fuit omnq introductum.

Falsum ē, quod Van Espen affirmat, jus placiti regii in Gallia, Belgio etc. ab antiquo ad decreta etiam dogmatica extensum ē. Nam quod Belgium attinet, nullo edicto civili requirebat placitum regium, nisi pro rescriptis ad privatos et hoc in materia benef. (Zypaeus Analys. juris pont. l. 1. tit. Const. t. II. apud Zaccariam in Antifebro. vindic. Diss. 12. c. 4. n. 5.

§. II Falsum ē requiri placitum regium, seu potestatis saecularis acceptationem. Nam Pa plenam habet potestatem pascendi, regendi et gubernandi Ecclesiam, seu plenam super omnes fideles jurisdictionem, ut probatum ē. Ergo omnes Rmi ei subjiciuntur consequenter et principes. Dogma istud continua probat traditione et praxi.

Caput V Utrum aliter verum sit, Rnos pfces de facto nolle suas leges esse obligatorias, nisi acceptent.

§. I Sententia tenens, quasdam leges pontificias ad disciplinam spectantes, de facto non statim obligare, antequam acceptent, modo hoc tribuat liberae voluntati Summi Pfcis, licita ē et sustinet a multis dribus catholicis. Illam sententiam sustinent: Cardenas, Valentia, Tanner, Lessig, Bedan, Reginaldus, Sa, Filuccius, Rokier, Homobonus, Navarrus, Miranda, Diana, Azor, Bonacina, Cabassut, Suenin, Cardinalis de Aguirre, Suarez, et alii permulti.

§. II De quibusdam, non vero de omnibus legibus pfciis verum ē, Papam consentire, ut non obligent antequam acceptent.

Disciplina ecclesiastica ē exterior, ~~ad~~ seu gubernatio ecclesiae, ad quam pertinent negotia ecclesiastica, modusque et ordo illa tractandi: et interior, quae cultum divinum, sanctificationemque animarum respicit, et ad hunc scopum actus fidelium externos ordinat. In utraque disciplina distinguenda sunt ea, quae ad substantiam ejus, et quae ad modum accidentalem illum pertinent. Quum Pa aut declarat quae pertineant ad substantiam hujus duplicis gubernationis, aut rescecat abusus in contrarium prave introductos, non ē praesumendus in Pce hic consensus non obligandi ante acceptationem.

In accidentalibus exterioris disciplinae aliter se res habet. In iis disciplinam pro temporum, locorum et circumstantiarum ratione mutari posse, docent leges cap. 8. de consang. et affin. In accidentalibus interioris disciplinae difficilius quam in accidentalibus exterioris admittitur consensus populi non obligandi ante acceptationem. In hac materia distinguendae sunt leges pontificiae. Vel enim 1) introducunt aliquid novi: vel 2) confirmant veteres consuetudines quae vel a) per simplicem desuetudinem ~~abierunt~~ cessaverunt vel b) per innocentem consuetudinem contrariam aut c) per abusum culpabilem sunt introductae. Si 1), merito praesumi potest Papam velle non obligare nisi dependenter ab acceptione. Si 2) a) et b) cum fundamento supponi potest, Papam nolle renitentes cogere ad observandam legem. Si c) consuetudo contraria mala sit, non dubitandum est, quin Pontifex renovando priscam consuetudinem exigat sine mora et sine ulla contradictione obedientiam sibi praestari: Huc usque Zaccaria Antifebr. diss. 2. c. 8. n. 3. t. II editionis Assisiensis 1771 p. 211. (Huic doctrinae concordat Bened. XIV (De Synodo dioeces. l. 9. c. 8.)

Nobis brevior regula haec esse sequens. Vel alicujus regionis Episcopi existimant se graves habere rationes praesumendi consentire Romanum Pontificem ut sua lex statim ibi non obliget — vel non habent. Si habent, licebit illis, imo tenentur supplicationem ad S. Sedem dirigere et interim legis obligatoriam vim suspendere — si non habent, peccabunt, nisi statim legi pareant. +

§. III An teneat Eppus supplicatio-
nem ad Summum Ptem dirigere
quando n. acceptat legem ali-
quam pticam. Prænotanda:
1) Supponimus, legem, quæ n. accepta-
tur esse de nro ear., quas merito
Summ. Ptx præsumit nolle statim
obligatoriam facere, nisi acceptet.
2) Quod dicimus de Eppo, idem de a-
liis prælatis. 3) Supplicationem vo-
camus expositionem rationum, ob
quas Eppus v. g. rogat Summum
Ptem, ut lex aliqua pro sua diœ-
cesi n. urgeat. 4) Licita ē hujusmodi
supplicatio. 5) In dubio utrum lex ali-
qua ptica sit de nro ear., quas Summ.
Ptx merito præsumit subjicere con-
ditioni acceptationis, Eppus suppli-
cationem ad S. sedem dirigere potē.
Prop. I. Quando lex ē certo de nro
ear., quas Papa n. facit obligatorias
ante acceptationem Eppus ~~tenet~~
n. acceptans tenet ad supplicatio-
nem. Ideo enim legem ~~dicta~~ hanc in dicto
casu Eppus potē n. acceptare, quia con-
sentit Ptx. Pontifex autem consen-
tit sub hac conditione ut supplica-
tio ad eum dirigeret. Insuper n. accep-
tatio legis universalis ē causa ma-
jor, porro oēs majores causas te-
nent Eppi Summo Ptci deferre. Id pro-
bant permulta exempla hujusmodi
supplicationum, quas si Ptx proba-
vit postulata obtinuerunt si n.
firmata fuit legis servandæ obligatio.
Prop. II. Eppo legem n. acceptante, nec
supplicationem mittente, n. tantum
peccat ipse, sed oēs de communitate
qui legem promulgatam norunt, ad
eam observandam ~~pro~~ obligati rema-
nere videntur: cessat enim tunc con-
ditio, sub qua Ptx consentit ut
lex n. obliget, i. e. supplicatio, ac
proinde lex urgere censenda ē:
Si autem ex talis legis ~~...~~ observa-
tione grave incommodum oriretur
~~...~~ hoc casui applicanda ē glis
regula; leges mere ecclesiasticas n. obligare
cum gravi incommodo.
Prop. III. Toto supplicationis tempore,
i. e. donec a S. Sede rescribat, suspen-
ditur ipso facto obligatio legis et
tunc nemo, qui eam n. servat, pec-
cat, etiamsi Ptx supplicationem
non probaverit.

Prop. IV. Si rescribat, objectas summo Ptfi rationes n. probari statim incipit lex certo obligaret jam ab acceptatione n. pendet quoad obligandi vim. 25 et 26 Jan 1862 a.

Caput VI. De requisita legum Pontificiarum promulgatione ut obligent.

Promulgatio dicit. enunciatio legis sat publice facta ut moraliter possit ad totius communitatis notitiam pervenire. Lex hoc modo proposita seu promulgata jam de se obligat oes, qui hujus promulgationis notitiam acquirunt, nec ē necessarium ut intimatio quasi juridica singulis fiat.

Certum ē, legem n. obligare nisi promulget. Quænam autem sufficiens sit promulgatio constitutionum pficalium - utrum scilicet satis ē eas publicari Romæ, an necessario debeant in qualibet provincia, controvertit. Alii, ut Abbas Panorm., Feling, Navarry, Medina etc. tenebant, necessariam esse in qualibet provincia publicationem. Eandem sententiam tenent Jansenistæ et Gallicani. Quæ ē necessaria eorum systematis consequentia, quippe qui placito regio et liberæ Eppor. acceptationi leges pficias subjiciunt. Hinc si n. valeat ~~per~~ lex Romæ ttum promulgata, cum alibi impediri possit ipsius promulgatio, tota in nihilum abit Rnorum Pfcum potestas legislativa.

Communior tamen antiquiorum et recentiorum Drum sententia ē, sufficientem esse promulgationem Romæ factam. Gallicani et Jansenistæ argumentant ex jure naturali, ex jure positivo et ex praxi Eccliæ. Antiqui autem ejusdem sententiæ defensores nituntur lege Justiniani Impris Nov. ut factæ novæ coll. 5. et dicunt, quod jus canonicum censendum sit acceptasse hanc normam juris civilis. Refutanda itaque s. hæc argumenta.

§ 1. **Promulgatio in provinciis [illegible] est necessaria jure naturali.**

I. Jus naturale tantum promulgationem legis requirit, sed [illegible] determinat, quo modo hæc fieri debet. Ergo tota controversio quoad jus nat. pendet ab hoc puncto: num per promulgationem legis Romæ factam sufficienter cognosci possit lex. ~~pro~~ seu potius an promulgatio Romæ facta medium sit idoneum ut legis latæ et promulgatæ certa cognitio ad oes ecclesias pervenire convenienter possit. Negant De Marca, Van Espen, Zallwein et alii Gallicani. II Sed antiquitus Romæ leges promulgabantur ita, ut æreæ sculptæ in foro per tres nundinas successivas exponerentur. Primus dein Justinianus condita Novella ~~lege~~ de testamentis a. 538 eandem per ~~oes~~ provincias Imperii promulgari jussit. Quod postea ad alias leges imperiales est extensum. Si autem promulgatio per provincias necessaria esset jure naturali, ergo per tot sæcula contra jus nat. erravisset.

III Ut convenienter perveniat certa cognitio de lege, [illegible] est necesse ut oes fideles simultanee cognitionem illam acquirant, sed hoc tantum requiritur et sufficit pro bono Ecclę et legislatoris scopo, ut ad unamquamque provinciam cognitio hæc certo perventura sit intra certum quoddam tempus pro distantia cujusque computandum. Jam vero talis est promulgatio Romæ tantum facta. Nam primo facile est Summo Pontifici instrumentum authenticum de lege sua Romæ promulgata mittere oiby nuntiis, aplicis, archiepiscopis etc. et his vicissim facile est authenticam hanc notitiam transmittere clericis et fideliby, non promulgando legem [?]pfeiam, sed jam promulgatam oiby annuntiando. Typis insuper eduntur ~~et~~ leges hæ, diariis, bullariis, collectioniby inseruntur adeoque facile possunt ad notitiam omnium pervenire. Ergo talis est promulgatio Romæ facta, ut de illa per oes moraliter ecclesias notitio certa convenienter perventura sit etiamsi in provinciis nulla promulgatio fiat.

Antiquis temporib*y* difficilius erat ~~ideo si~~ non enim erant inventi typi nec statuta ubiq*ue* eplar*e* publica transmissio (poczty) - ideo videmus Pfces curasse, ut exemplar authenticum per electos quosdam viros deferret, ad praecipuos praesules, quibus injungebat, ut vicinis notitiam decreti transmitterent. Successu temporis, cum fieret Romae magnus fidelium concursus ex om*ni* regione in quibusdam anni solemnitatib*y*, praecipue die Coenae Dni, coeperunt Pfces sententias excommunicationis seu, ut vocabant, <u>processus</u> decidere his diebus, declarando per solam sic factam publicationem, ob hunc populi concursum, tanquam ligatos haberi debere eos in quos sententia ferebat. Postea facilitate divulgationis ~~accedente~~ superveniente, Romae ttum promulgabant leges et constitutiones suas vel in loco residentiae suae. Non tamen omiserunt exemplaria authentica legum a se latar*um*, more antiquo ad provincias mittere: imo quasdam ex ipsis legib*y* per specialem promulgationem intimari.

IV Confirmat thesis ~~nos~~ proposita aliquot factis - Nicolaus V a. 1454. sub censura prohibuit, ne arma aliave subsidia praeberent barbaris, quos rex Portugalliae debellabat. et jubet hanc legem valvis Ecciae Ulisbonensis affigi. item de sententia Leonis X a. 1520. et 1522 Lutherum condemnante. Juxta Gallicanos autem Lutherus sententiam hanc fugere ~~potuisset~~.

V Probat praxi Rnor Pfcum. Ex jam saeculis viget promulgandi usus juxta clausulam, qua usus e Martinus IV. Per istam autem clausulam supponunt et declarant Rni Pfces decreta sua vim habere ~~Romae alios~~ per factam Romae aliisve quibusdam determinatis locis promulgationem. Si autem jus nat. requireret ~~ultra~~ promulgationem in provinciis, dicendum e, a 6 saeculi ~~ttu~~ Ecciam in errore esse.

§. II. Promulgatio in provinciis non est necessaria ex jure positivo.

Nullibi enim in scriptura s. aut in traditione hæc necessitas inculcatur.

d. 27 Jan. 1869 a.

§. III. Synopsis historica de praxi Ecclesiæ circa legum ecclesiasticarum promulgationem.

Hanc praxim in duplicem epocham distinguimus:

I. Epocha Ia ab initio ecclesiæ usque ad a. 538, quo Justinianus Impr edidit novellam 66 et eam publicari jussit in provinciis.

II. Epocha II ab hoc tempore usque ad a. 1281.

In utraque epocha in usu Ecclesiæ erat, ut Pfes et concilia decreta sua aliquot Eppis mitterent et eis injungerent, ut leges decreta hæc publicarent suis subditis et aliis eppis publicanda mitterent.

III. Epocha III a prima bulla, Martini IV. d. 18 8bris 1281 a. in qua th prolata excommunicatione contra Michaelem Palæologum idem Pfex statuit, sufficere promulgationem hujus sententiæ factam in loco residentiæ Rmi Pfcis.

Ex hoc tempore sæpius occurrit ista clausula in bullis. Zaccaria existimat, clausulam a Martino IV adhibitam in usu fuisse in processibus quæ fieri solebant in bulla cœna Dni, qui communiter sub nomine bullarum cœnæ noscuntur et jam ab Innocentio IV a. 1254. fuisse usurpatam.

§. IV Promulgatio legum ecclesiasticarum in provinciis non probatur necessaria ex antiqua Ecclesiæ praxi:

Adversarii nostri ita argumentantur. Olim Rmi Pfes et concilia perpetuo curaverunt sua decreta promulgari in provinciis; ergo putaverunt, hanc in provinciis promulgationem necessariam esse. Quod enim tenuit antiqua Ecclesia, falsum esse nequit.

Resp. Verum est quod tenuit antiqua Ecclesia. Sed negatur illam existimasse necessariam in provinciis promulgationem legum. Probatur.

Prop. I Praxis antiquæ circa publicationem excommunicationum etc. pœnarum perseveravit usque nunc. Distinguimus enim 3 classes decretorum a Pfibus et conciliis latorum, nempe sententias excommunicationum etc. pœnarum, decreta dogmatica et decreta circa disciplinam.

Ptes et concilia hujusmodi decretor
in provinciis putaverunt utiles, n
vero necessarias jure naturali v positivo.
Etiam nunc ea publicant in
provinciis, quin tamen putent eam
publicationem esse necessariam;
ut v. videmus in bulla Cœnæ Dni
quam publicandam injungit oib
Eppis orbis Xni. Quod utile profecto
e ad maiorem reor confusionem et
ut cæteri a talib excommunicatis
magis abhorreant. Leo X declarat
in bulla Lutherum et sequaces
ejus excommunicante, eam valere
per solam Romæ et in duab ~~Eccl~~
Alemaniæ Ecclis publicationem.
Prop. 2. Praxis promulgandi decreta
dogmatica Pfcum et concilior
usq ~~nunc servat~~ ad recentiora
tempora perseveravit. Et tamen
eam n necessariam putabant Rni
Pfces: et ipsi Gallicani fatent, ejusmodi
decreta obligare etiam ante
oem in provinciis publicationem.
Prop. 3. Falsum e, in antiqua Eccl̃ia
nunquam obligatoria fuisse decreta
disciplinæ, nisi in provinciis
in quib promulgata fuerunt.
Sufficiat adduxisse Zosimum papam,
qui a. 418 ad Hesychium Eppum Salonensem
in Illyrico, sciscitantem,
num laici et monachi n susceptis
ordinib inferiorib possint ad sacerdotium
promoveri, ita rescribit:
„Hoc autem specialiter et sub prædecessorib
nostris, et nuper a nobis
interdictum constat literis ad
Gallias, Hispaniasq transmissis,
in quib regionib familiaris e
ista præsumptio… Unde miramur,
ad dilectionem tuam statuta Aplicæ
sedis n fuisse perlata." Ergo supponebat
Zosimus decretor S. sedis
ad aliquot eppos authentice transmissor
sufficienter notitiam per
totum orbem spargi et obligationem
ex illa notitia oriri.
Hinc Prop. 4 etiam nunc decreta
Pcum Romæ Xtum publicant,
et vim obligandi habent. C

§. V Quomodo varia decreta Pficia promulgari soleant?

Decreta Pcis et Congregationum Cardinalium in modum legis concepta consueverunt per cursorem apticum affigi et publicari ad valvas Basilicæ S. Petri, ecclæ Lateranensis vel in acie Campi Flore, prout ad calcem publicator decretor passim exprimitur. Si autem decreta concernunt certum duntaxat tribunal, tunc publicatio eor consuevit fieri in ipso tribunali. Si autem decreta concernunt particulare aliquod corpus, aut institutum, v religiosor ordinem, consueverunt ea dirigi ad superiores v directores istius corporis, instituti v ordinis, ut hi ea notificent oibq quor illa scire interest. Lex ut publicata ē statim obligat - n vero post duos menses, quod spatium requirit Nov. ut factæ novæ constitutiones

Caput VII De variis constitutionum seu literar aplicar speciebq, nominibq et expeditionibus.

Hucusq nomen constitutionis usi sumus lato sensu, pro quolibet Summi Pfe scripto, quo hīq Pfx aliquid decernit. At multiplex distinguitur hujusmodi scriptor species, et variis solent nominibq donari pro varia eor sive materia, sive forma.

§. I Variæ species quoad materiam.

Literæ aplicæ divid. possunt in ordinationes communes determinantes aliquid pro tota communitate ~~...~~ Eclæ v pro ejus parte - et in ordinationes particulares, quæ pro aliqua persona privata, aut pro casu transitorio aliquid determinant.

I. Ad communes pertinent:

1. Constitutiones proprie dictæ nuncupantur literæ pontificiæ, quatenus considerantur tanquam permanenter pro communitate aut parte communitatis statuentes. 2/ Decreta s. constitutiones, quatenus motu proprio Pfcis editæ. Hinc vocantur motus proprii. 3/ Decretales eplæ s. constitutiones quatenus eas pfx fert ad alior consultationem - vocantur etiam responsa. Quod uni consultanti respondet Pfx, idem vult, alios in simili casu idem judicare.

4) Encyclicæ dicunt eædem constnes, seu decretales, quatenus diriguntur ad eppos totius orbis v. alicujus regionis; quod usurpari solet a summis Pcibus, qdo de aliquo puncto doctrinæ v. de aliquo tollendo abusu, v. de aliqua doctrina ab ecclis uniformiter servanda decernunt.

II Ordinationes particulares ē illæ epl[illegible], quibus Rmi Pfices respondent aut supplicantibus pro aliqua gratia, aut referentibus de aliquo particulari negotio, aut dispositionem aliquam pro re transitoria, aut pro privata persona postulantibus. Vocantur etiam rescripta v. diplomata, eo quod membranæ, quibus inscribuntur, in duas plicas contrahi solent. –

§. II Variæ species quoad formam.

Sunt bullæ et brevia.

I De bullis. 1) a βουλη, consilium, voluntas. – v. boule ornamentum orbiculare; porro sigilla formam orbicularem habent. 2) bulla olim vocabatur sigillum Imprum litteris ardua continentibus apponi solitum. βουλλευειν sigillare. αβουλλωτων ē id, quod bulla, seu sigillo caret. – literæ bullatæ seu simpliciter bullæ. Sigilla fiebant ex auro, (bulla aurea, ~~in confirmatoriis~~ quæ adhibebatur in literis Pcis, quum Imprem confirmaret), argento v. plumbo. Bullæ Pfcum expediuntur cum sigillo plumbeo, quod filis sericis v. canabeis membranis appenditur. brevia sine hoc. Bullæ et brevia seqtibus insuper differunt: 1) Illae pro gravioribus, hæc pro levioribus negotiis dantur. 2) Brevia latino charactere eleganti – bullæ antiquo longobardico cum vetere orthographia scribuntur. 3) In bullis ~~et~~ nomen Pcis initio versiculi ponitur – in brevibus vero in medio, in forma tituli. ~~4~~ 4) in bullis data temporis apponitur cum longiori formula – in brevibus cum breviore. 5) Brevia expediuntur per cardinalem a secretis brevium – ~~de~~ de bullis dicetur infra. 6) Pro bullis crassæ et subobscuræ membranæ, pro brevibus albæ et subtiles adhibentur.

II Quomodo expediantur bullæ?
1) Per cancellariam bullæ ecc-iar
cathedralium, erectionum collegia-
tar, provisionum officior, dispensa-
tionum matrimonialium de majori,
monasterior tam consistorialium
quam alior, et similium expediunt.
Manus iis apponunt: Scriptores
aplici; abbreviatores minoris gratiæ;
sollicitatores literar aplicar dicti
Janizari; et cor capellani-abbre-
viatores de Parco Majori; necnon Re-
gens cancellariæ cum prima sui
nominis litera et L(ecta) C(orrecta).
et custodes supplicationum. Postea
plumbant a Præside plumbi; quod
plumbum seu sigillum servat in Va-
ticano- et registrant a Capserio
plumbi apud Cardinalem V. cancel-
larium- apposita per unum Ma-
gistrum Registri litera R(egistrata)
a tergo bullæ cum nomine et cogno-
mine. Expensæ s. variæ secundum
varietatem materiæ, præsertim quoad
Eppatus et monasteria descripta in
~~libris~~ libris cameræ.
2) Per cameram expediunt necessa-
rio cadjutoriæ, et aliquando erectio-
nes collegiatar et rer perpetuar
monasterior consistorialium juxta
taxam in libris ejusdem cameræ;
hocque remanet ex arbitrio expedi-
toris potius in camera vel in can-
cellaria expediendi. Expensæ s. variæ.
3 Per secretam viam expediunt provisio-
nes oes quæ fiunt familiaribus propriis
a Papa, et pro iis quibus ex speciali
gratia permittit. Hæ literæ seu
bullæ scribunt a Scriptore secreto
et plumbant juxta prædicta; ac re-
vident postea a ministro præfa-
to Cardinalis V. cancellarii et sum-
mista, nempe scribendo sic: „pro
„eminentissimo et rndmo D. Cardinali N.N."
et posta visa N.N.; et registrant
in secretaria brevium. Expensæ vero
s. parvi momenti et juxta varieta-
tem gratiar.
4) Demum expediunt bullæ per viam
Curiæ, quæ concernunt leges et constnes
pfuias et alias materias ex motu
proprio Papæ et aliquando pro rebus
nepotum vel alior ex gratia specia-
lissima Pfcis; et scribunt per dictum
Scriptorem secretum; et post soli-
tum plumbum subscribunt ab ab-
breviatore curiæ. Nec ulla fit expensa, nisi pro mercede simplicis laboris.

III De brevibus. Breve dicit quasi quod ibi summatim scribit et brevioribus verbis quam in bullis. Expediunt sub annulo piscatoris, quod sigillum in cera rubra apponit. Olim ante 400 annos apponebat sigillum plumbeum ~~annulipi~~ ut in bullis.

IV Quomodo expediunt brevia?
Subscribunt tantum a Secretario brevium. Brevibus concedi solent indulgentiæ, privilegia in altaribus expediunt indulta pro Cardinalibus legatis et nunciis aplicis et etiam regibus. Est et aliud brevium genus, et sunt illæ literæ quæ solent expediri pro delegationibus causarum extra Curiam, quæ fiunt ab alio secretario brevium. Erronee autem dicunt brevia, aliæ expeditiones Curiæ hunc, quæ etiam scribunt in membranis, puta monitoria aplicæ Cameræ et hujusmodi:

Caput VIII. Conclusio totius sectionis hujus de constnibus Scis tanquam juris ecstici fonte.

1) Constnes aplicæ sunt præcipuus fons juris eccl.
2) Executiones rescriptorum arbitrio executoris sunt relictæ – tempera si conditiones requisitæ non adimpleantur vel desunt causæ sufficientes, ob quas rescriptum est datum, vel si grave malum ex executione manare posset. Hoc principium Gallicani ad totum jus extenderunt, asserendo, liberum Eppis esse non acceptare legem Sciam.
3) Præsumi aliquando potest, Scum non ~~et~~ velle obligare suo decreto, nisi acceptet. 4) Non requirit ulla principum secularium ~~ap~~ acceptatio, nisi forte Sfex ita concesserit.
5) Multa decreta pfcia possunt esse de eo legum genere quæ per desuetudinem, aut consuetudinem contrariam abrogant et non obligent amplius.
6) Et sic intellecta legislativa Summi Pcis potestas, minime videri debet convenienti auctoritati Eppor. adversa aut derogans. Si enim suæ diœcesi minus utilis lex aliqua pfcia ipsis eppo visa fuerit, patet semper ad S. sedem supplicatio. Q. 29 Jan. 1862.

Sectio III

De regulis cancellariae tamquam juris can. fonte.

Regulae cancellariae s. quaedam decreta Rnor. Pfcum de nullis disciplinae glis materiis statuentia. Quilibet pontifex easdem altero post electionem suam die firmas declarat, ratasq. permanere.

Caput I. Quid sint Reg. canc. et qdo inductae. Regulae canc. dicuntur quaedam decreta, quibus sumi Pfces regi voluerunt cancellariam Rnam, et quibus insuper n. pauca alia pro toto orbe catholico sanxerunt. Hodie numerantur 72. commentarior. 4 tomos ~~qui~~ scripsit in eas Joan. Bap. Rigantius. Primum scriptae et publicatae s. sub Joanne XXII (1316–1334) sed jam ante hoc tempus exstiterunt licet n. oes. ~~In eam~~, Quam nunc formam habent in eam redactae s. a Nicolao V Pfce et sequentibus Pfcibus. ~~Triplex~~ Tres s. ear. classes. Ia e. illar. quae literar. aplicar. expeditiones concernunt – Hae aderant ante Joan. XXII. II classis e. regular. judicialium – ~~redacta~~ additae s. a Nicolao V – Tertia classis complectitur reservationes gles. Ante Joan. XXII unica erat reservatio vacationis apud sedem, quae ~~in~~ cap. 2. 3. et 34 de Praebend. in 6. redacta e. Joannes XXII declarationes et ampliationes multas fecit circa bfcia apud sedem vacantia. Itaque n. oes regulae uno eodemque tempore s. ~~cat~~ natae. Vis ear. moriente Pfce expirat, sed revivisunt a crastino electionis novi Pfcis licet nondum publicatae, ut expresse statuitur in prooemio regular.

Caput II. An in praecipua regular. canc. parte, in qua nempe multae reservationes bcior. decernuntur, sancta sedes potestatem suam excesserit.

Ex Ia regula Pfci reservatur ~~bfcia~~ collatio bcior. apud sedem vacantium. ex IIa vero vacantium sede eppali vacante – et ex ~~XX~~ IVa reservatur collatio primae post eppalem dignitatis in cathedralibus – ex IXa reservatur collatio bcior. octo determinatis mensibus vacantium, cum ea tamen reservatione, quod eppi possint alternatis cum Pfce mensibus conferre ea bcia, quor. collationem liberam habeant. Contra janseniistas itaque

Lutheranos et gallicanos probandum nobis ē, hist. esse abusum avaritia et ambitione Rnor Pfcum post falsas decretales introductum, 2) neq reservationes has excedere potestatem Rnor Pcum. 3) neq hoc jus esse coritiale Ecciæ.

§ I. Falsum ē, potestatem, qua usi ŝ Rni Pces bcior collationem sibi reservando, novitatem fuisse post falsas decretales fraudulenter introductam.

I. Negantes hanc potestatem Rnis Pcibq, præcipue Bœhmerq, ita argumentatq: „Neq ante s. XII eo processerat Rnor Pcum conatq ut bcia vacantia conferrent." quod idem ē ac si dixisset: Ante repertam Americam nullus Rnor Pfcum potestatem in populos catholicos Americæ exercuit; ergo novitas ē potestas quam nunc S. Sedes in illos populos exercet. Bcia, qualia nunc exstant, ante s. XII ᵐ ñ exstabant adeoq vacare ñ poterant, prout nunc vacant. Nam antea a V s. clericis distributiones dabantq de manu Eppi ejusq ministror immediate, ū saltem ex certa bonor massa clericis in commune attributa quod fieri consuevit VI ad VIII s. vel ex certis fundis ac prædiis, quæ singularibq clericis concedebantq, post obitum in massam communem restituendis, qđ satis frequens fuit s. IX ad XI.

II. Nihilominq tamen certum ē, Rnos Pfces exercuisse potestatem in ejusmodi bcia, qualia pro tempore exstabant etiam ante falsas Isidori decretales. Id patet ex multis documentis. Ita Gregorius M. confert abbatiam S. Theodori in Diœc. Messinensi, Paulino Eppo cujusdam modicæ civitatis a barbaris eversæ, inconsulto Eppo Messinensi collatore hujus abbatiæ. (ep. 38. l. I.) Idem Pfx ad quemdam eppum, misit Dñicum presbyterum, ut eundem in certa ecclesia vacante constitueret et fructq eidem refunderet. (l. II ep. 10). – Item Pfx ad Syracusanum eppum misit Felicem Diaconum cum mandato ut eundem Felicem ecclesiæ suæ incardinet et fructus ei assignet (l. III ep. 14.) Vide insuper Vitam S. Greg. l. III c. 15. et epist. 15 l. III.

Martinus I grassante in Oriente Mo-
nothelitar hæresi misit legatum
Joannem philadelphiæ eppum, qui
per oes civitates constitueret tum
eppos, tum presbyteros, tum diaco-
nos. (epist. 5.) Vitalianus Papa
mandat S. Theodoro Archieppo Can-
tuar. ut abbatiam quandam con-
ferret Hadriano Africano. (Beda
Hist. Angl. l. IV c. 1.) Item Paulus I.
jubet Marinum presb. consecrari
~~in~~ eppum ~~in~~ alicujus eclesiæ, quæ primum
vacaret ab Ulchario Senonensi.
~~Idem~~ Simile mandatum dat Ra-
vennatensi Archieppo Joannes VIII
de consecrando Dnico.

III. Hinc satis mendacii convincetur
calumnia Febronii, qui affirmat
(vestigia premens Boehmeri, ejus-
demque verba fere repetens) duodeci-
mo S. Rnos Pfces prudenti dolosita-
te, leniter scilicet, successive et pe-
detentim reservationes induxisse.
Mendacium hoc monumentis ex-
plodamus. 1º Asserit Febronius
ab Hadriano IV. adhibitas fuisse
preces, ~~quum~~ Non preces sed man-
damus et præcipimus mandando
ait Pfex ad ~~Eppum~~ Capitulum Parisiense ~~qua~~-
tenus præposituram, quæ in Pari-
siensi Eclesia … vacaverit Hugoni,
… contentione et appellatione re-
mota concedatis. – et in epla ad
Eppum preces, comitatis gratia
adjungit. Successores Hadria-
ni IV. quoque similiter agebant.
Alexander III. præceperat Tornacensi
Eppo, ut filio cujusdam Lacii de Ar-
cherio conferret certam de bonis
Eclesiæ portionem; quam postea vo-
luit idem Pfex in certam pecuniæ
summam commutari. De quo rescrip-
sit Tornacensis eppus, quod licet
hoc grave fuerit, tamen manda-
tum esse adimpletum. Id autem
~~…~~ factum non posse tribui igno-
rantiæ aevi v. adulandi studio,
inde patet, quod idem Tornacensis
eppus Pfcibus aliquoties ferociter re-
scripsit (ep. 126. 127. 128. – ep. Ivonis
ad Paschal. II ~~…~~ 238.

Generalitas et certitudo dictæ per-
suasionis inde etiam patet, quod
Pcipes ipsi sæpe recurrebant ad
Pfcem, ut ille imperaret tale v. tale
bnficium huic aut isti conferri. – ut
Ludovicus VII petiit Alexandrum III

Innoc. IV concessit Joanni II Gal. regi indultum ad vacatura 25 regni sui in cathedralib. et collegiatis ecclesiis Joannes XXIII ad 50 beneficia jus nominandi Carolo VI tribuit.
Concedebantur quoque Expectativae a Pontificibus, quas sustulit Conc. Trid.

§. II Nullum est beneficium ecclesiasticum quod non possit Summus Pontifex conferre, si id Ecclesiae utile reputaverit: ita ut jus ordinariorum electorum et collatorum remaneat semper S. Sedis potestati subordinatum.

Praenotandum 1º Moveri solet quaestio utrum Papa sit benef. omnium Dominus an solummodo universalis administrator. Parum id nostra interest: sive hoc enim, sive illo modo semper habebit supremum jus beneficia conferendi.
Prob. 1º ex eo quod habet plenam potestatem Ecclesiam universalem gubernandi:
Prob. 2º ex eo, quod repugnet Romanum Pontificem non esse supremum bonorum ecclesiasticorum administrationem. Si enim ille non esset, quis erit?
Prob. 3º ex eo, quod Summus Pontifex est ~~supremus~~ Ecclesiae monarcha, et ad eum qua talem, pertinet suprema bonorum ecclesiasticorum administratio.
4º Confirmatur ex gallicani systematis contradictione. Superiore enim saeculo, orta controversia inter Innocent. XI et Ludovic. XIV Natalis Alexander sustinuit, supremum hoc jus ad regem pertinere eo, quod sit Ecclesiae advocatus et defensor. At num Summus Pontifex non est advocatus et defensor Ecclesiae supremus?
5º probatur ex eo, quod Summo Pontifici competat suprema in universam Ecclesiam ferendi leges potestas, ergo poterit ordinare quae materiam beneficiariam respiciunt.
Prob. 6º ex potestate et officio abusus in Ecclesia eliminandi. Accidere potest, ut electores et collatores ordinarii jure suo abutendo indignis aut fide suspectis clericis beneficia committant, summo cum animarum et rei catholicae discrimine.
Prob. 7º Ecclesiae praxi: Ut vidimus supra Pontifices disponentes de beneficiis. Multi insuper Pontifices prohibuerunt ne absque Sanctae Sedis consensu bona ecclesiastica alienentur, confirmarunt sua ecclesiis et monasteriis bona, usurpatores cogebant

~~ad~~ cogebant ad restitutionem — con-
tractus imitos rescindebant — con-
cedebant v abrogabant onera
interdum a potestate civili bonis
eclis impositas. De reditibus
bñciorum plena auctoritate dispone-
bant ut Simplicius Papa fecit di-
stinctionem in 4 partes, quarum pri-
ma eppo, secunda clero, tertia pau-
peribus, quarta fabricæ Ecclesiæ con-
cedebatur. Idem confirmavit Gela-
sius. Gregorius M. decrevit, Visi-
tatores eam portionem percepturos,
quæ defuncto eppo, si vive-
ret, obveniret. Alexander III præ-
cepit, ut reditus et proventus præben-
dæ quam Abbas Cluniacensis in
Carnutensi Eclia habebat, inser-
virent ad alendum luminare S. Petri
et Pauli in Cluniacensi monasterio.
Concilia varia irritant pensiones
quæ ab Aplica Sede minime es-
sent probatæ.
Prob. 8º Ex communi sententia. Præ-
ter S. Thomam etiam Petrus d'Ailly,
Universitas Parisiensis et Conci-
lium Basileense et alii agnoscunt, quod
Papa jure potest sibi reservare col-
lationes bñciorum et quod jure præven-
tionis potest omnia bñcia mundi conferre.
Verbo: doctorum catholicorum sententia
unanimis est, omnia bñcia ecclesiastica sub-
esse Papæ tamquam ordinatori supremo.
Porro unanimi Doctorum scholæ con-
sensui in re tam gravi et ad dogma
pertinente contraire maxime est te-
merarium.
9º confirmatur juris can. textibus,
ut c. ~~Licet ecclesiarum~~ de Præbend. in 6.
ibid. c. Statutum — ibid. c. Quamvis.
cap. Ut lite pendente in Clem.
Prob. 10º indirecte. Ad summum con-
tendere possent Gallicani rem de po-
testate suprema Papæ supra bñcia
esse controversam. Recurrendum
itaque ad judicem controversiarum.
Porro non solum Pp̃ces, sed et concilia
glia, ~~sa~~ ut Basileense Ses. 31. decr.
de collat. bñciorum — Lugdunense II (c. Sta-
tutum de Præb. in 6.) Viennense (c.
Ut lite pendente in Clem.) jus illud
Sibi agnoverunt.

§. III An exitiales reputandæ sint pontificiæ bñor reservaes

1) Hæc reservatio multum facit ad unitatem Eccliæ conservandam 2) ad remunerandos eos qui pro servitio Ecclæ universalis laborant. 3) subveniendum ē indigentibus clericis - ita ad Clementem VI 100,000 clericor pauperum confluxisse refert Thomassinus. P. II l. 1. c. 44. n. 4. 4) Necessariæ ē reservationes bñiæ ad providendum ~~de~~ viris literatis et virtute præstantibus. 5) ad tollendos abusg Ordinarior, qui aut suis consanguineis, amicis etc. providebant, aut s. alliis id ex suasionibg et favoribus laicor (in Rubricam reg. 1. canc. §. ~~I~~ 1. n. 9. Riganti).

Caput III An vim legis universalis habeant Regulæ canc. et sint fontibg juris adnurandæ?

Pontifibl aliud s. quam constnes bñiæ Romæ publicatæ ~~Ergo obligant~~ et statuentes circa disciplinam universalem, ergo obligant universam Ecclesiam et tamquam pars juris communis habendæ s. Ita communis. NB. obligant in tantum in quantum non ē ipsis derogatum per concordata v per contrariam consuetudinem legitime præscriptam.

Caput IV An cancellariæ regulæ vigere adhuc censendæ sint in Gallia?

Quæstio pendet ab exploratione; utrum supervenerit necne legitima derogatio?

§. I auctor exhibet statum rei quoad regulas cancellariæ ante concordatum anni 1801. et respondet, eas viguisse in integrum in magna ~~§. II~~ Galliar parte; in reliquis vero fuisse ipsi derogatum vi concordati a Leone X cum Francisco I initi.

§. II Quid ~~evaserint~~ regulæ canc. vi concordati a. 1801?

Propo. I. Attenta vi hujus concordati, regulæ cancellariæ vigere hodie in Gallia censendæ forent. Per bullam enim Pii VII suppressæ s oēs omnino ecclesiæ, cum ear juribg, titulis, etc. ut supra probatum ē.

Prop. 2. Concordatum regulis cancel. derogat quoad nominationem Parochor. tū quoad alior. bñor. collationes. nam statuit, Eppos ad parochias nominaturos. Unde ~~pri~~ collationes: primæ post ppalem dignitates, canonicatuum apud eadem vacantium, et canonicatuum vacantium octo papalibꝫ mensibꝫ sanctæ sedi ſ reservatæ.

Prop. 3a Praxis a tempore concordati in Gallia obtinens dubitandi causa esse potē, utrum ibi vigeant hodie cancellariæ regulæ. Nam eppi oia bñia hodie conferunt a 40 et amplius annis quod tempus legitimæ præscriptioni ē sufficiens et Pfæ tū reclamat

d. 2 Febr. 1862.

Sectio IV

De Conciliorum decretis, quatenus juris canonici fonte.

Concilia, seu synodi s: gles, provinciales et diœcesana.

§ I. Inter Concilia glia alia s. a S. Sede 1) confirmata 2) alia reprobata. 3) alia partim reprobata partim confirmata. 4) unum nec confirmatum nec rejectum.

I 1) Nicænum I a. 325. 2) Constptanum I a. 381. — 3) Ephesinum a. 431. — 4) Chalcedonense a. 451. — 5) Constptanum II a. 553. — 6) Constptanum III a. 680. — 7) Nicænum II a. 787. — 8) Constptanum IV a. 869. — 9) Lateranense I a. 1122. — 10) Later: II a. 1139. — 11) Later: III a. 1179. — 12) Later. IV a. 1215. — 13) Lugdunense I 1245. — 14) Lugdun. II a. 1274. — 15) Viennense a. 1311. — 16) Florentinum a. 1438. — 17) Lateranense V a. 1512. — 18) Tridentinum a. 1542.

Ni, co, e, — Chalco, co, — Ni, co, la, — la, la, la, — lu, lu, vi, — flo, la, tri.

II Bellarminus octo ea recenset, et quidem: 1) Antiochenum a. 341. (damnatus e S. Athanasius — 2) Mediolanense a. 354 — 3) Ariminense a. 363. (sublata e voce ὁμοούσιος — 4) Ephesinum II a. 449. (occisus e S. Flavianus, legati Pontificii fugati — hæresis eutychiana confirmata — vocari solet latrocinium ephesinum) 5) Constptanum a. 730. (sub Leone Isaurico contra sacras imagines.) — 6) Constantinopolitanum a. 755. (firmata hæresis iconoclastar.) — 7) Pisanum posterius a. 1511 — 8) Wittembergense a. 1536. quod Lutherani gle vocant, in quo sederunt 300 pastores præside Luthero

III 1) Sardicense a. 351. — 2) Sirmiense a. 356. — 3) Quinisextum seu Trullanum a. 692. — 4) Francofordiense a. 794. confirmatum ab Adriano I quoad partem in qua definit, Christum non esse filium Dei adoptivum, reprobatum ab eodem Pontifice quoad partem in qua ex errore damnat septima synodus. — 5) Constantiense a. 1414 approbatum a Martino V quantum ad decreta contra errores Wiclefi et alior. hæreticor. ~~et~~ quantum vero ad ses. 4 et 5 in quibus decernit Concilium esse supra Papam non approbatum. Martinus enim V approbando prioris gris decre-

decreta, usq ē clausula: ipsaq sic conciliariter facta approbat et ratificat, et ū aliter nec alio modo. Porro decreta ses. 4 et 5 ū fuerunt conciliariter facta, tum quia Ppæ ū prædidebat, tum quia iis aderant tum ii qui adhærebant Joanni XXIII, ū autem aliæ duæ obedientiæ, quæ demum pos ses. 13 accesserunt. — b) Basileense a. 1431 de quo nihil ratum et probatum, nisi quædam dispositiones circa bfcia ecclica.

IV Pisanum a. 1409, quod deposuit Gregorium XII et Benedictum XIII et elegit Alexandrum V.

§. II Decreta concilior. glium a sede aplica confirmata habent vim legis universalis, et ē unus ex fontibus juris canonici stricte sumpti:

Veritas hujus propositionis evidens ē ex eo, quod certo existat in Eclia legislativa potestas, et ista potestas debeat necessario inveniri in coadunatione primor. pastor. cum summo Pfce.

§. III Concilior. glium decreta a s. Sede ū approbata, aut reprobata omni prorsus vigore carent.

Hæc quæstio fusiq tractatur in tractatibus de Eclia, de summo Pce, aut de Conciliis. — Acta concilior. ab initio Ecliæ mitti solebant ad Rmum Pcem ut ea confirmaret. Ita fecit Conc. Nicænum I — ita et subseqtia. Quapropter eor. decreta ante Pfcis confirmationem nullam vim obligandi habent.

§. IV. Synodi particulares per se ū habent vim legis universalis, nec proinde sunt fons juris canonici stricte sumpti:

Non habent per se — sed accedente auctoritate Summi Pcis, si ea ad universam Ecliam extenderit expresse, habebunt vim legis universalis

Sectio V

De Rmis Cardinalium congregationibus tanquam juris canonici fonte.

De congregationibus diversis cardinalium alibi (Tract. de Curia Rna) agetur. Hic vero praesertim discutietur quaestio quoad congregationem Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum seu congregationem Concilii.

Caput I. Quid sit et quibus polleat facultatibus congregatio Concilii.

7 cal. Febr. 1563.

Pius IV bulla „Benedictus Deus" prohibuit, ne ad decreta Concilii edantur commentaria, prout olim fecerat ad Codicem Justinianus. Idem Pfex instituit congregationem 8 Cardinalium, qui decreta synodi per officiales servanda curarent, et si quod dubium occurrerit, ad Pfcem referrent. Congregatio haec responsa quaedam ad dubia proposita quoad decreta synodi ediderat; unde dubitavit, num et ipsa incurrerit poenas bullae „Benedictus Deus". Sed Pius V concessit ei facultatem decidendi casus claros, dubios vero ad se remitteret. Sixtus V vero impertitus eidem congregationi consulto tamen Pfce dubia solvendi in his quae de morum reformatione et disciplina etc. s. s. statuta. Deinde Sixtus V eidem congregationi concessit varias facultates. —

Ci. 3 Febr. 1862.

Caput II. An declarationes seu decisiones congregationis Concilii vim legis universalis habeant.

I ~~Affirmat.~~ Qui negant nituntur sequentibus rationibus. 1) Lex proprie dicta concipitur verbis imperativis. Congregatio autem dicit: censuit, censemus. 2) ad legem, ut obliget necessaria est promulgatio. Declarationes vero congregationis non promulgantur, imo nec authentice illas congreg. communicat deputatis Epporum Romae commorantibus, sicut solent congregationes: Indicis, Inquisitionis etc.

3) Lex fertur de casibus ordinarie contingentibus, declarationes autem de casibus particularibus, utrum comprehendantur necne Concilio Tridentino.
4) Lex interpretari legaliter nequit nisi ab eo, qui legem ferre potuit, porro non certo constat Congregationi concessam esse facultatem leges universam Ecclesiam obligantes ferendi
5) Constitutiones Pontificis sine temporis et loci designatione robore carent — porro tali modo eduntur decisiones Congr.
6) Declarationes Congr. Conc. in immensum creverunt, ut plures inter se non concordent. Hanc sententiam propugnant: Sanchez, Diana, Bonacina ~~et~~ Layman ~~et~~ alii:
II <u>Sententiæ affirmativæ</u> hæc sunt fere præsidia: 1) Declarationes Summi Pontificis vim legis universalis habent — quum autem Congre. Concilii suas declarationes ex auctoritate Summi Pontificis emittat, ergo hæ eiusdem roboris sunt, ac si a Summo Pontifice essent profectæ.
2) Non minor est auctoritas Congr. Concilii quam Jurisconsultorum, quibus Imperator Justinianus olim legum interpretandarum auctoritatem dedit — quorumque sententiæ et responsa vim legis obtinuerunt. Ergo et responsa Congr. Concilii 3) In praxi Congregatio suas decisiones urget tanquam eodem robore ac decreta Summi Pontificis pollentes. Ergo declarationes istæ constituunt jus universale quoad omnes, licet factæ sint solum ad instantiam, seu in casu particulari; ideoque non solum doctrinales, sed etiam definitivæ sunt, non secus ac si ab ipso Pontifice essent editæ.
Hanc sententiam defendunt: Fagnanus, Engl, Reiffenstuel, de Luca, et Barbosa
III. Sententiæ <u>negativæ confutatio.</u>
1) <u>Censemus</u> idem valet atque <u>imperamus</u>. Ipse Senatus Romanus utebatur verbo censemus.
2) Promulgatio necessaria est ad novam legem. Interpretatio autem nihil addit juri, sed tantum declarat verum sensum juris constituti-

et ideo vim habet ante omnem promulgationem, modo constet ab auctoritate competenti fuisse factam. 3) Emittendo declarationes de casibus peculiaribus congregatio judicat non de veritate facti, sed de jure, et determinat quid sit de jure ex decretis Tridentinae synodi. Et in casu simili vult eandem declarationem valere. Potest per encyclicas litteras, etiam absque ullius praelati postulatione, determinare et injungere varia disciplinae puncto, modo id faciat ad praescriptum Tridentinae synodi. Hanc potestatem dedit ei Sixtus V bulla „Immensa" § 4) Falsum objicitur ut patet ex praecedenti: 5) Assignatio temporis et loci non requiritur in interpretatione legis – et quoque ligatur lege eo sensu intellecta, quem suum esse declaravit legislator. 6) Ex multitudine declarationum nullum oritur Ecclesiae detrimentum sed imo vitantur dissensiones et anxietates. Falsum quoque est, tam multas exstare declarationes sibi invicem pugnantes.

IV Tertia sententia distinguit inter declarationes comprehensivas, si sensus declaratus non recedat a verborum propria et usu recepta significatione et extensivas si hanc significationem egrediantur et ultra id quod verba proprie et secundum sensum communem accepta denotant aliquid concedant, prohibeant, dispensent etc. (De extensivis concedit sententia ista, ~~eas~~ quod vim legis non habent, nisi fiant ex speciali mandato Papae et legitime promulgentur – sunt enim novae leges, auctoritatem legislativam in declarante exposcentes. Tales declarationes sunt ejusdem congregationis jussu Urbani VIII editae de alienatione temporalium ad monasteria pertinentium (17 7bris 1624) de apostatis et ejectis regularibus (21 7bris 1624). – de celebratione Missarum (21 junii 1625) – comprehensivae vero juxta eosdem vim legis habent si Papa consulto edantur a Card. praefecto subscriptae et sigillo Congr. munitae.

V Quid ex ista opinionum diversitate sequatur in praxi.

Opinio negativa toleratur in scholis catholicis. Eadem tamen fatetur declarationes illas, utpote nomine Summi Pis emanatas esse summi ponderis ad intelligenda decreta Tridentini Conc. Itaque manet in praxi obligatio eas servandi – nulli enim licet temerarie agere – temerarie autem ageret qui suam sententiam anteponeret interpretationi ipsius Summi Pis, per delegatos viros loquentis.

Ergo illis declarationibus tanquam regulis saltem ordinarie obtemperandum est. (Dicimus ordinarie saltem; nam in casu urgenti ~~et gravi~~ extraordinario gravi ~~necessitatis~~ ratione posset quis excusari, si declarationes Congr. reputans vi legis probabiliter destitutas, contra aliquam agat. Et ita sentiunt etiam negantis opinionis defensores.

Caput III An aliar. Congregationum decreta vim legis habeant?

Ad hanc quaestionem responsio eadem valet, quam superiore capite dedimus de Congregatione Concilii.

D. 4 Febr. 1862 a.

Sectio VI

De consuetudine quatenus juris canonici fonte.

Caput I De consuetudinis natura et diversis speciebus.

I Definitio consuetudinis

Consuetudo sumit̃ in sensu latissimo pro quacunq actuum similium frequentia. Consuetudo, prout in jurisprudentia sumit̃, est similium alicuius communitatis actuum frequentia.

Alii existimant in definitione debere exprimi libertatem actuum. Sed libertas ē conditio necessaria ad impo-nendam obligationem ex consuetudine, n̄ vero consuetudinem in suo esse constituit. Ex frequentia actuum similium orit̃ jus n̄ scriptum. Et licet jus istud sit effectus consuetudinis usu tamen invaluit, ad ipsam consuetudinis vocem transferendi. Hoc vero intellecta consuetudo recte definit̃: Jus per similium alicuius ~~actus~~ communitatis actuum frequentiam acquisitum. Hinc distinguunt multi inter consuetudinem facti, quam intelligunt ipsosmet actus similes a communitate frequentatos et consu. juris seu jus quod ex talium actuum frequentia orit̃.

II Consuetudinis in varias species divisio.

1) Consuetudo praeter jus, quę et juris constitutiva dicit̃, ē illa quę ubi lex deficit nihil statuendo aut prohibendo erigit in legem aliquem agendi modum. Secundum jus quę legem praeexistentem supponens illam vel deducit in usum, vel si ambigua ē, interpretat̃. Contra jus, quę etiam consuetudo legi contraria vel desuetudo legis vocat̃, ē illa qua lex scripta vel usu nunquam recipit̃, vel jam recepta abrogat̃.

2) Canonica et civilis prout versat̃ in materia canonica aut civili.

3) g̃lissima in universo orbe, g̃lis in aliqua provincia. Specialis in aliqua urbe v pago et specialissima in aliqua societate imperfecta obtinet.

4) judicialis inducit̰ pluriby senten-
tiis conformibus super eodem cau-
sae gre, extra-judicialis vero lon-
go usu populi extra judicium.

5) Dividit̰ consuetudo in morem
stylum et ritum: Styly significat
ordinem consuetum in judiciis pro-
cedendi et instrumenta conficiendi
quę ad judicia pertinent. Quando
lex styli introducta ē per solum
usum i.e. procedendo ~~in judiciis~~
semper eodem modo in aliqua
materia forensi seu judiciaria,
comprehendit̰ sub gre consuetu-
dinis. Ritus vocat̰ consuetus
mody exercendi aliquem externum
actum: dicit̰ autem praecipue
de solemnitate actuum in materia
sacra. Consuetudines a stylo et
ritibus diversę nomen commune
moris seu consuetudinis conservant.

6) positiva consistit ~~et~~ in repe-
titione alicujus speciei actuum,
quę si transeat in legem, jus fa-
cit ad ponendos hujusmodi acty.
Negativa consistit in omitten-
dis cujusdam speciei actibus

7) Bona seu rationabilis quę ~~ni~~
nulli legi cujuscunq gris derogat
et mala seu irrationabilis. Quę
ultima vel ē mala intrinsece i.
acty ejus ē contra ius naturale
vel positivum divinum – vel ma-
la extrinsece, quando acty per se
quidem mali n̄ sunt, sed fiunt ta-
les per legis humanę prohibitio-
nem v. propter adjunctam cir-
cumstantiam pravam. Consuetudo
intrinsece mala dicit̰ abusus seu
corruptela et nunquam in jus
transire potē. Secus vero extrin-
sece mala.

8) a jure non repulsa – ~~vel~~ et abro-
gata a jure, ~~aut~~ quum nempe lex
antea existentem consuetudinem
tollit, n̄ autem quę postea exsur-
gere potest – aut prohibita ~~in~~
quum n̄ solum antea existens ab-
rogat, sed etiam legislator obsistit
eidem consuetudini in posterum
inducendę – aut reprobata ~~m~~, quum

~~abro~~ n. solum abrogat, et prohibet, sed etiam mala atque irrationabilis declarat.

9) <u>legitime præscripta</u> et <u>non præscripta legitime</u> de quibus infra.

<u>III. Quomodo consuetudo differt</u>

<u>1) a legibus et statutis</u>? a) lex v. statutum ē jus scriptum – n. vero consuetudo, ~~quæ tam~~ b) leges promulgantur – c) leges firmantur expresso Pr̄ipis consensu, consuetudo vero tacito.

<u>2) a traditionibus</u>? Traditio proprie ē jus antiquum a legislatore n. scriptum olim, sed voce stabilitum et longo tempore servatum, cujus memoria ad nos translata ē. Consuetudo ē contra ē n. ē jus a legislatore initio inductum, sed ttum ex actuum frequentia consentiente legislatore exortum.

<u>3) a præscriptione</u>? a) præscriptio cadit inter privatos – consuetudo n. potē induci a privatis. b) consu. tendit ad inducendum jus commune – præscriptione vero acquirit, jus in particulari – per præscriptionem scilicet n. acquirit jus in rem nisi illi qui ista re est usus; consu. autem facit jus etiam pro n. utentibus, illos eximendo ab aliqua lege vel illis novam obligationem imponendo c) Præscr. fit cum damno unius et lucro alterius – consuetudo vero cum æquali omnium damno vel lucro d) In præscr. requirit titulus putativus et bona fides – pro consuetudine nullus titulus.

ẋ e) Consuetudo ex errore nullam vim obtinet: præscr. vero erronea valet, modo bona fides adsit.

Caput II. De requisitis conditionibus ut consuetudo vim habeat.

§I De requisitis ex parte communitatis consuetudinem introducentis.

Requiritur: 1) ut introducatur a communitate perfecta, ut a clero et populo vel solo clero unius diœcesis, provinciæ etc. 2) ut introducatur a maiori communitatis parte. Minor enim pars quum legem inducere non potest ita nec consuetudinem. 3) Ut introducatur non per ignorantiam seu errorem circa jus, sed ex certa scientia. Nempe si inducitur aliqua consuetudo contra jus, debet communitas scire, esse jus illam consuetudinem prohibens; vel si præter jus, debet scire legem non esse. 4) Debet induci libere, non actibus vi aut timore elicitis. 5) Requiritur intentio inducendi obligatoriam consuetudinem. Hæc conditio probanda est præcipue quoad consuetudines ~~contra~~ præter legem; nam in consuetudine contra legem, modo lex sciatur, jam satis monstrat populus intentionem legem tollendi si contra eam agat. 6) Requiritur ut actus non interrumpantur usque ad completam consuetudinem. Censetur autem consuetudo interrumpi, quando vel populus ex certa scientia exercet actum contrarium ~~vel~~ etiam unicum, vel quando superior transgressores suæ legis punit, aut in tribunali pro lege sua contra consuetudinem judicat. Quodsi autem post lapsum legitimi temporis consuetudo jam fuerit completa et firmata, tunc ea per unicum actum populi contravenientis non revocatur: sed vel lege vel consuetudine nova contraria opus est.

§. II De requisita rationabilitate consuetudinis ut vim habeat.

Prop. 1 Potest aliqua consuetudo adversari juri communi ecclesiastico, quin tamen sit mala vel irrationabilis.

Prop. 2. Irrationabilis et mala est omnis consuetudo juri naturali aut divino positivo contraria.

Prop. 3. Consuetudo quæ a jure canonico reprobatur censenda est irrationabilis.

Prop. 4. Consuetudo, quae peccatorum occasio et fomes est, est irrationabilis censenda. Lege enim naturali prohibentur ea omnia quae peccatum nutriunt.
Prop. 5. Item quae bono communi est adversa. Consuetudo enim, sicut et lex debet ordinari ad bonum commune.
Prop. 6. Item per quam rumpitur nervus disciplinae ecclesiasticae. Ea autem dicuntur rumpere nervum disciplinae, quibus notabiliter impeditur et eluditur potestas ecclesiastica fideles in officio suo continendi per opportunas leges et censuras.
Prop. 7. Item quae est adversus libertatem et immunitatem ecclesiam.
NB. tales consuetudines si niterentur privilegio S. Sedis, aut saltem si essent immemoriales cum fama talis privilegii, jam non sunt irrationabiles censendae.
Prop. 8. Item ~~Ct~~ consuetudo Placeti regii. Id patet ex 6) et 7). Ex iisdem patet
Prop. 9. Consuetudo, qua Eppi alicujus regionis decreta Pontificia non acceptarent nisi a se approbata, etiam testante Pontifice suo se non liberam facere acceptationem, irrationabilis est.
Prop. 10. Item, quae impedit ne legati S. Sedis recipiantur in provinciis.
D. 6 Lut. 1862.

§. VI. De requisito Principis i. e. Summi Pontificis consensu ut consuetudo vim habeat.
Punctum I. Certum est requiri aliquem Principis consensum ut consuetudo vim habeat. Est sententia communis Doctorum et illam certam habent. Consuetudo enim rationem legis habet — porro lex stat per voluntatem Principis itaque et consuetudo.
P. IIum Triplex distinguitur Summi Pontificis consensus relative ad consuetudines. Expressus, quando expresse consentit in talem consuetudinem dando licentiam ad eam introducendam, vel ipsam approbando — tacitus, quando scit talem consuetudinem et non contradicit, quum commode contradicere potest — legalis seu generalis vel juridicus qui datur per jus ipsum, quatenus legislatores per publicam legis auctoritatem consentiunt in omnes consuetudines rationabiles et legitime praescriptas, easque firmas esse volunt

legis habere voluerunt Ret c. Cantan-
to 11. de Consuetud. Duo priores con-
sensus vocant speciales.
De consensu expresso nulla ẽ difficultas.
P. III Si consuetudo esset certo irratio-
nabilis seu mala, ex nullo Pfcis
consensu vim habere posset.
P. IV De silentio Sumi Pfcis juncto cum
facilitate reclamandi.
Distinguendæ hic consuetudines: præ-
ter jus, contra jus, certo rationabi-
les et dubie rationabiles.
1. Consuetudo præter jus et certo ra-
tionabilis vim accipit a præfato
silentio. 2. Item probabilius ẽ de
eadem consuetudine dubie rationa-
bili. 3. Consuetudo ~~p~~ contra jus certo
rationabilis, vim accipit a ejusmo-
di silentio Papæ. 4º Item probabile ẽ
de consuetudine contra jus dubie
rationabili.
P. V De silentio Sumi Pfcis absq. re-
clamandi facilitate.
Silentium aliud ẽ annuens seu con-
sentiens, aliud œconomicum i. e. ex
prudentia servatum, quod nullum
includit assensum, nullamq. appro-
bationem consuetudinis, a cujus ta-
men damnatione certo abstinetur.
Prop. 1. Legislator censendus ẽ velle
legem suam servari, quamdiu legi-
time concludi non potest, ipsum hu-
jus legis derogationi consentire.
Prop. 2. Quamdiu Papa ñ habet faci-
litatem reclamandi, legitime con-
cludi ñ potest ipsum consentire
consuetudini contra legem. Non ha-
bet autem facilitatem reclaman-
di, quum grave ex hac reclamatio-
ne damnum sequeretur - et tunc si-
lentium ejus est œconomicum, ñ
vero annuens.
Prop. 3. In tali casu consuetudo ñ
potest contra legem legitime præscri-
bere.
Punctum VI. De consensu legali.
Consensus legalis dicit, quod Summus Pfx
ignorat consuetudinem, et illi non
consentit, nisi per voluntatem glem
qua vult oẽs consuetudines ratio-
nabiles et legitime præscriptas fir-
mas esse et vim legis obtinere.

De consensu legali n̄ agitur, nisi quum deficit in Sumō Pfce cognitio consuetudinis. Si enim illam cognoscat et consentiat, ejus consensus ē personalis i.e. expressus & tacitus.
Communior est sententia Drum consensum legalem sufficere, ut consuetudo rationabilis et legitime præscripta (cap. ult. de consuetud.) vim obtineat.

§. IV. De legitima consuetudinis præscriptione.

Præscriptio proprie dicitur longa possessio qua quis acquirit jus in rem, quæ ad alterum pertinebat. Consuetudo n̄ præcise ipsa præscribit, sed potius per ipsam i.e. per consuetudinem possidendi, præscribitur. Unde ~~per~~ consuetudinem præscriptam ~~ill~~ intelligimus consuetudinem, quæ sat diuturno tempore duravit, ut propter istam diuturnitatem obligationem induxisse, vel legem sibi contrariam abrogasse censenda sit.

Punctum I. Quandonam consuetudo vim legis per viam præscriptionis acquirat?
1. Consuetudo intrinsece mala seu irrationabilis nunquam.
2. Non est opus præscriptione si Pceps expresse consentit alicui consuetudini.
3. Item si merito præsumi potest consensus tacitus
4. Qdo Sumus Pfx cognoscit consuetudinem contra jus et n̄ habet facultatem reclamandi, n̄ videtur posse consuetudinem per præscriptionem vim legis acquirere.
5. Ergo generatim in casu quo Pceps noscit consuetudinem, nunquam ex præscriptione vis consuetudini acquiritur.

Punctum II. Quantum temporis requiratur ad sufficientem præscriptionem, quando per viam præscriptionis consuetudo vim legis acquirit.
1. Quoad consuetudines præter jus sufficit spatium 10 annor. Ita communiter Dres. Fundatur hæc sententia textu juris Dist. 12 can. 7. ubi dicit, revocandum esse, quidquid contra longam consuetudinem fiet. Porro consuetudo longa censetur, quæ 10 annis duravit.
2. Quoad consuetudinem contra jus triplex ē sententia.
a) Alii ad præscribendum contra leges ecclesiasticas ~~n~~ nunquam receptas requirunt spatium 10 annor. — ad præscribendum

bendum vero contra leges ecclesiasticas semel receptas 40 annor.
b) Alii non distinguendo inter receptas et non receptas leges, requirunt spatium 40 annor. Distinctionem illam vanam dicunt; quia per negationem receptionis lex aut amisit suam vim, aut non — si 1) nulla consuetudine præscripta opus est — si 2) requiritur 40 annor. spatium ex priori sententia. Patroni hujus sententiæ nituntur c. Auditis de præscript. ubi 40 annor. spatium requiritur ad præscribendum contra Ecclesiam — et ex hoc judicat Rota. NB. Citato loco juris agitur de præscriptione contra bona Ecclesiæ non de consuetudine. Deniq.
c) alii 10 annos requirunt. ideo quia ad abrogandam legem civilem requiruntur 10 anni — porro non est introducenda discrepantia inter jus civile et canonicum, ubi non habetur expressa dispositio juris in contrarium.

Stante illa opinionum diversitate hoc tantum concludi posse videtur 1) certo requiri saltem decennium 2) certo sufficere 40 annos — 3) incertum remanere, donec praxis Ecclesiæ aut decisio aliqua litem dirimat, utrum consuetudo quæ plus 10 annis et minus 40 duravit, legitime præscripta reputanda sit. (d. 7 Febr. 1862.

Caput III.

De effectibus consuetudinis

1. Legem interpretatur. Consuetudo juris interpretatur legem authentice adeo, ut ejus interpretatio sit necessario observanda. Consuetudo facti, quæ consistit in mera frequentia actuum, interpretatur probabiliter seu conjecturaliter tantum. Hæc consuetudo non requirit decennium.
2. Legem inducit — adeo ut consuetudo præter jus omnibus superiore capite enumeratis conditionibus vestita obliget tam in foro externo quam interno.
3. Irritat actus in contrarium gestos; vim enim legis habet; — porro lex irritat actus in contrarium gestos — ergo et consuetudo.

4. Legem abrogat præexistentem et sibi contrariam, ipdo [?] lex ista n̄ prohibuit in futurum inducendas contrarias consuetudines. Et quidem abrogare potē quoad pœnam remanente obligatione sub culpa aut potē abrogare quoad culpam n̄ quoad pœnam. ~~nisi~~ Hoc ultimum locum habere n̄ potē ibi ubi pœna culpam necessario præsupponit.

Caput IV

(De consuetudinum abrogatione

§. I (De abrogatione consu. per supervenientem legem.

NB. Distinguendæ s̄ consuetudines g̃les et particulares. iterum immemoriales et eas quar̃ initia n̄ excedunt memoriam hominum.

I. Consuetudinem g̃lem abrogat superveniens lex, etsi nullam expressam mentionem de consuetudine faciat. ~~communis~~ Consuetudinem vero particularem non. (cap. 1. de Constitut. in 6.) - Lex enim nova abrogat legem veterem - ergo et consuetudo.

II Consuetudo particularis abrogatur sufficienter ~~et~~ per clausulam g̃lem "nulla obstante consuetudine" vel alia simili:

III Clausula n̄ obstante consuetudine non abrogat consuetudinem immemorialem. Excipe: 1) si lex reprobat utpote irrationabilem contrariam sibi consuetudinem. 2) si ratio ob quam legislator declarat se legem ferre, etiam contra consuetudinem militat. 3) si legislator abrogat oīa contraria, excepto uno casu; tunc enim censet immemorabilem consuetudinem abrogare.

§. II (De abrogatione consuetudinis per legem antecedentem consuetudini; seu utrum consuetudo an̄ulletur per legem anteriorem, quæ prohi~~b~~buit rem in posterum contrariam sibi consuetudinem.

~~R~~ Quæstio hæc magni ē ponderis præcipue ad consuetudines contra Decreta Tridentinæ synodi, quæ Pius IV declaravit perpetuo valitura con-

tra ões consuetudines contrarias, quæ in posterum introducerent.

Punctum I. Quæstio in genere: Utrum possunt valere consuetudines contra legem, quæ sic contra orituras consuetudines cavit.

Affirmantem consuetudinem probabiliorem existimat Suarez. Sed et contraria dq̃ ẽ probabilis, et ex speciali ratione valet ~~in de~~ contra consuetudines derogantes decretis Tridentinis, ut patet ex sententiis magni nominis Drum, et maxime ex stylo et praxi ~~[illegible]~~ Rotæ Rmæ et Congregationis Concilii, quæ pluribz vicibus declararunt nullas consuetudines contra decreta Tridentina. Ergo in praxi ~~recurren~~ nullum licet violare decretum Tridentinæ Synodi ~~[illegible]~~ solo nomine contrariæ consuetudinis, sed recurrendum ẽ ad S. Sedem ut constet de consensu Summi Pæis.

§. III De abrogatione consuetudinis per contrariam consuetudinem.

I. Certum ẽ consuetudinem per aliam contrariam tolli et abrogari posse.

II. Si consuetudo ẽ præter jus, sufficere videt. decennium ut per novam consuetudinem abroget.

III. Quando consuetudo prior erat contra jus, et posterior reducit nos ad jus commune, requirunt etiam multi auctores decennium, et dicunt tempus illud sufficere. Dicunt nempe, consuetudinem novam ñ esse contra jus, sed potius secundum jus.

Pars tertia

De juris can. evolutione historica.

Pars tertia
De iuris canonici evolutione historica.

Comendat auctor opus Dñis Philips cui index ē: du Droit ecclésiastique considéré dans ses sources a D. Crouzet in gallicum sermonem translatum. Apud bibliopolam Lecoffre.

Caput I. Quo iure recta fuerit Ecclia proximis Aplor temporibus.

Duobus et forte etiam tribus prioribus seculis sola Scriptura s. et regulis ab Aplis aplicisq viris traditis administrata fuerat Ecclia. Sic s. Clemens in I epla ad Corinthios memorat regulam ab Aplis traditam de successione Eppor. S. Ignatius populos hortabatur „ut diligentius ac stenacius Aplor traditionibus inhaererent." Proximis post Aplos seculis controversiae in Ecclia exortae a summis Ptibus et conciliis ex aplor traditionibus dirimi solebant. Sic in controversiis de paschate et baptismate haeret. eor utraq pars ad auctoritatem SS Patrum provocabat. Labentibus vero annis vulgabantur canones, quor nrus in dies crescebat. Hinc visum ē nullis eosdem ex multis conciliis collectos in unum corpus conferre, quod primum in ~~Ectia~~ Ecclia orientali, tum demum in Occidentali factum ē.

Caput II De statu juris can. in oriente ab initiis usq ad Photium.

Secundo et tertio s. in ~~Orien~~ Asia, Syria, Palaestina celebratae s. synodi particulares, in quibus multi canones editi fuerunt. Eor numerum auxit concilium Ancyranum et Neocaesariense a. 314 et oecumenicum Nicaenum I a. 325 celebrata, tum subsequentes synodi. Multi itaq in Oriente cogitarunt de colligendis in unum corpus eiusmodi canonibus.

§I De canonibus et constitutionibus Aplor s. Clementi adscriptis.

(Vide supra fol. 5. par. II sect. I cap. III). Canones Aplor edidit Mansi (Concilia t. I p. 29. et 49.) et Constitutiones idem (ibid p. 258.). Poni solent in corpore juris canonici post Decretum Gratiani.—

§. II De celebri et antiquissima collectione in Concilio Chalcedonensi commemorata.

Concilium Chalcedonense a. 451 celebratum commemorat Codicem regularum seu canonum numeris distinctum, et sub eadem numerorum continuata serie praecedentium synodorum nempe Concilii Nicaeni I canones 20, Conc. Ancyrani 25, Neocaesariensis 14, Gangrensis 20 ~~et Antiochen.~~ Antiochenos ~~25~~ 24 canones ~~27 canones~~ complectentem. Ergo ante illud Concilium exstabat collectio aliqua authentica et usu recepta. (Vid. Ballerinos fratres Operum S. Leonis t. III De antiquis canonum collect. par. I c. 2.) Additi sunt postea ab aliis collectoribus canones Conciliorum Antiocheni, Laodiceni et Constantinopolitani, canones Apostolorum et canones Concilii Sardicensis. De auctore illius primaevae collectionis qua usa est synodus Chalcedonensis vid. Devoti (Inst. juris can. proleg. c. 5. §. 54) et Fimiani (in jus can. t. I p. 67 edit. Neapol. a. 1777).

§. III „Colectio canonum" et „Nomocanon" Joannis Scholastici.

Joannes σχολαστικος (advocatus) fuit presbyter Antiochenus et tandem a. 564 sub Justiniano Imperatore factus Patriarcha Constantinopolitanus, eandem sedem tenuit usque ad a. 578. Collatis ille anterioribus collectionibus canonum, addidit decreta Ephesinae synodi et regulas 68 S. Basilii. Quae omnia non ~~ex~~ secundum methodum chronologicam, sed secundum ordinem materiarum in 50 titulos distribuit. Qua in re ~~prout~~ ut ipse imitator aliorum exstitit, ita eum alii sunt imitati. Collectio haec, cui index est „Collectio canonum in 50 titulos" reperitur in „Bibliotheca juris canonici veteris" a Voello et Henrico Justello edita Parisiis a. 1661. t. II. Ibidem et seqq. opusc. est. Ejusdem auctoris exstat Nomocanon in quo non tantum canones, sed et leges Imperatorum (ex Justiniani Codice et Novellis) ~~tum~~ quae conjunctae sunt cum sacris canonibus, congestae sunt. Prodierunt dein alii Nomocanones inter quos eminet Nomocanon Photii.

Caput III

De statu juris canonici in Oriente a Photio usque ad recentiora tempora.

Photius a. 858 sedem Constptanam ex-
pulso Ignatio occupavit. Sed et ipse
a Concilio Constptano depositꝰ ē- ite-
rumq, post mortem Ignatii, sedem
invasit et schisma cœpit.
Extunc sequtes prodierunt juris cano-
nici in Oriente Collectiones.

I. Nomocanon Photii continet 14 ti-
tulis qui et ipsi in capita dividunt.
Initio cujuslibet capitis exponit Photiꝰ
de qua materia in illo capite agatur.
Postea subjungit ꝟ canones ipsos qui ad
hanc materiam referunt, sed eorū indi-
cationem ttum. Dein eandem materiam
ex jure civili expendens iterum illam
primo exponit, et postea legum civi-
lium indicationem subjungit. Cano-
num Aplorū auctoritatem agnoscit
et illis utit. etiam multorū SS. Patrum
scripta pro canonibus agnoscit et profert.
In capite 5º tituli I dicit, quod om̄ium
Eccsiarū caput sit Constpolis καὶ ὅτι πασῶν
τῶν ἐκκλησιῶν κεφαλή ἐστιν ἡ Κωνσταντινούπολις.
Nomocanonem comentariis illustravit
Zonaras a. 1020 cui ~~s~~ scholia adjecit **Ar-
senius** a. 1140. — et dein a. 1170 **Balsamon**
ex jussu Impris Emanuelis Comneni.
~~Ex hac~~ Cum ~~m~~ Balsamonis comentariis
reperit in Biblioth. jur. can. vet. t. II.

II Σύνοψις Κανόνων conscripta a **Mi-
chaele Psello** a. 1071. in duas partes
di~~vidit~~, quarū prima περὶ δόγματος in-
scribit et ~~tract~~ continet quamdam
Theologiæ summam de Deo, trinitate per-
sonarū et incarnatione. ei etiam an-
nexa ē brevis historia 7 gliam Conci-
liorū. Pars posterior continet canones
10 conciliorū, prout in veteri collectio-
ne græca, Canones S. Basilii, cano-
nes Patrum quos comendavit Trulla-
na Synodus et 85 canones Aplorū.
Synopsim hanc edidit Fracicus Bos-
quetus Parisiis 1632.

III Synopsis Canonum Alexii Aristini
a. 1130 edita ē jussu Impris Comneni.
Compendio exhibet canones Nicænos, An-
cyranos, Neocæsarienses, Gangrenses, Lao-
dicenos, Constpnos, Ephesinos et Chalce-
donenses. Addunt postea canones Aplorū
Sardicenses, Africani 22, Trullani, tres
eplæ canonicæ S. Basilii. Exstat hæc col-
lectio in Bibl. jur. can. vet. t. II.

IV Collectio ecclesiasticarum constitutionum. Auctor ejus Balsamon a. 1191 collegit non canones conciliorum, sed ex Codice, Digestis et Novellis excerpsit ea, quae de rebus Ecclesiasticis Imperatores statuerunt. Exstat in Bibl. jur. can. vet. t. II p. 1223.

V Synopsis divinorum canonum. Scripsit eam c. a. 1255 Arsenius, primum monachus, dein Patriar. Constpng. Juxta ordinem materiarum exhibet tum conciliorum canones, tum epistolas Graecorum Patrum a Synodo Trullana commendatas, tum denique constitutiones imperiales de rebus ecclesiasticis. Estat ibid. p. 749.

VI Epitome canonum auctore Simeone magistro et logotheta. Fabricius (Bibliotheca graeca l. 5. c. 5. t. VI. et l. 5. c. 43 t. X) putat hunc Simeonem eundem esse ac Simeonem Metaphrasten qui in prima parte s. XIV Sanctorum vitas graece conscripsit. Edita est epitome Simeonis in Bibl. jur. can. vet. t. II p. 710.

VII Syntagma alphabeticum rerum omnium quae in sacris divinisque canonibus comprehenduntur auctore Matthaeo Blastari monacho (c. a. 1335). Continet canones, leges Justiniani et recentiorum Imperatorum.

VIII Epitome divinorum et sanctorum canonum auctore Constantino Harmenopulo († c. a. 1380). Dividitur in sectiones 6, quarum unamquamque in titulos distinguit. Sectio I de episcopis. II de presbyteris, diaconis et hypodiaconis. III de iis quae laicis et clericis communia sint. IV de monachis et monasteriis. V de laicis. V de mulieribus. Illam epitomen edidit Marquardus Freherus (Jus graeco-romanum l. 1.)

IX Sunt aliae quaedam recentiores graecae collectiones, ex quibus Nomocanonem edidit Cotelerius (Monumenta ecclesiae graecae T. 1.) et Summam responsorum Episcopalium edidit Leunclavius (Jus graeco-romanum l. 3. 4. 5. et 6.). Facti sunt etiam apud Graecos plures libri poenitentiales in quibus continentur canones ad Poenitentiae Sacrum pertinentes. Inter quos eminet Poenitentiale Joannis Cappadocis Patr. Const. quod evulgavit Morinus ad calcem operis sui de Poenitentia.

D. 10 Febr. 1862.

Caput IV.

Primus et solus codex auctoritatem publicam habens apud Latinos usq. ad s. VI fuit collectio canonum Nicænor. et Sardicensium.

Initio occidentales Ecclæ sicut et orientales regebant. scriptura S. et aplicis traditionibus. At postea primum invaluit collectio canonum Synodi Nicænæ et Sardicensis.

§. I Collectio Nicænor. canonum sola in Occidente auctoritatem habuit ad s. VI.

Id patet ex epla Innocentii I. (402-416) ad Clerum Constpnum, ubi ait: „Porro „quod ad canonum observantiam attinet, illis obsequendum esse decernimus qui Nicæ decreti s., quos solos „sequi Eccla catholica debet et agno„scere." (Sozom. Hist. Eccl. l. 8. c. 26. et apud Coustant Epist. Rom. Pont. fol. 799). Ballerini fratres (De antiquis collect. juris can. par. 2. c. 1. §. 2) probant, hæc verba non esse extendenda ad decreta synodor. ante Concilium Nicænum, bene vero ~~vero~~ ad canones Concilii Sardicensis, qui ~~sub~~ continebant. nomine collectionis canonum Nicænor., ut probant iidem (l. c. §. 3. n. 11.) §. II

Causa, ob quam ista duor. synodor. unio sub unica prioris denominatione invaluit, probabiliter hæc fuit, quod iidem fere Eppi utriq. synodo præfuerant.

§ III Num Rmor. Pfcum decretales eplæ in unum codicem una cum canonibus Nicænis et Sardicensibus relatæ et editæ fuerint, et an id necessarium fuerit ut istæ decretales vim legis universalis obtinere potuerint?

Utrumq. affirmat Quesnellus (in editione operum S. Leonis diss. 12. c. 2.). Verum id eum injuste facere ostendunt fratres Ballerini (l. c. §. 4) ex eo, quod ~~et~~ constitutiones suas Pfces antiquitus mittere solebant ad aliquot eppos et hoc facto jam eas promulgatas et obligantes credebant. cf. supra fol. 8. § IV)

F qui in Concilio Chalcedonensi adhibitꝰ fuerat.

§. IV. Quales fuerint duę versiones
latinę veteris codicis gręci, F Diony-
sio Exiguo anteriores, et num ha-
buerint auctoritatem in Ecclia Occid.

Vulgata ē Isidoriana collectio ante
s. VI prout et altera, quę Prisca
dicitur. Isidoriana vulgata fuit
ex collectione Isidori, a quo nomen
accepit: Isidorus autem ex antiquiori
collectione hispanica ipsam tran-
scripsit. Latine redditos exhibet ca-
nones Nicęnos, Ancyritanos, Neocę-
sarienses, Gangrenses, latinum Ori-
ginale Sardicensium, Antiochenos,
Laodicenos, Constpnos et Chalcedonen-
ses. Ballerini l. c. c. 2. §. 2. Porro
Ballerini detexerunt alium codicem
versionis Isidorianę, quem anti-
quiorem cęteris existimant, et quem
puram versionem Isidorianam vo-
cant. In hoc codice conjunguntur Sardi-
censes canones cum Nicęnis, et sy-
nodorum omnium canones ponuntur sine
titulis et numeris. Ex hac versione
allegantur canones Ancyritani ~~in~~
a Concilio Epaonensi in Gallia a. 517.
Prisca Gręcorum canonum interpretatio
latina ea solet appellari, quę in
venerandę antiquitatis manuscripto
codice, literis majusculis et quadratis
scripta erat. In edendo hoc codice Chri-
stophorus Justellus et filiꝰ ejus Henri-
cꝰ Calvinistę, insigni fraude s. usi.
Nam in codice Nicęnis canonibꝰ subji-
ciebantur Sardicenses, qui potestatem
Rmi Pntis diserte asserunt. Hos canones
Christophorꝰ Justellꝰ cultro resecuit
et ad calcem codicis reposuit, ~~ac ti~~ qua-
si recentioribꝰ temporibus adjecta.
Rescivit hoc Petrus de Marca, et quum,
mortuo Christophoro Justello, filius ejꝰ
Henricꝰ auxiliante Voello Dre Parisien-
si ~~ad~~ edendo codici se accingeret, Pe-
trus de Marca recurrit ad potestatem
regiam, ut editores cogerentur ad eden-
dos simul canones Sardicenses, qui
reapse prodierunt in primo tomo „Bi-
bliothecę juris canonici veteris" a. 1671.
(De antiquis collect. canonum par. 2. c. 2.
§. 3. in III° tomo operum S. Leonis a fra-
tribus Ballerinis editor.)
Ballerini fuse tractant tum de vetustis
collectionibꝰ canonum Africanorum, qui
etiam in collectiones gręcas inserti s.,
tum de aliis. His autem oibꝰ iidem pro-
bant, ante s. VI solum codicem canonum
Nicęnorum et Sardic. publicę auctoritatis fuisse in Occid.

Caput V

De celebri Dionysii Exigui collectione

§. I. A quo et quomodo confecta.

Dionysius humilitatis causa seipsum Exiguum vocans, fuit natione Scytha. Romam venit sub Anastasio II qui mortuus ē a. 498. ~~Subr~~ „Tanta latinitatis, ait ~~de eo~~ Cassiodorus (in l. De divinis lectionibus cap. 23.) de Dionysio, et graecitatis peritia fungebatur, ut quoscunque libros graecos in manibus acciperet, latine sine offensione transcurreret; iterumque latinos attico sermone legeret, ut crederes hoc esse conscriptum, quod os ejus inoffensa velocitate fundebat." Qui petitus a Stephano Salonitano eppo primam collectionis partem sub Anastasio vel Symacho edidit. Pars ista continet inprimis loco praefationis epistolam nuncupatoriam ad Stephanum eppum, quam sequuntur 1) tabula oium titulorum 2) canones aplorum, de quorum tamen dubia authentia in praefatione praemonuit. 3) sub una nrorum serie canones conciliorum: Nicaeni, Ancyrani, Neocaesariensis, Gangrensis, Antiocheni, Laodiceni et Consptani 4) canones Chalcedonenses. Hos itaque ac praecedentes ex graecis collectionibus transtulit. 5) Sardicenses 21 ex originali latino. 6) Africani distincti in nros 381. Haec prima pars quum oium applausu ac praesertim Juliani tituli S. Anastasiae presbyteri fuisset excepta, hic ipsi Dionysio auctor fuit, ut Aplicae quoque sedis constituta, quae ad ecclesiam disciplinam pertinent pari studio colligeret, sumo Pce Symacho. Secunda itaque pars Dionysianae collectionis continet 1) eplam nuncupatoriam ad Julianum 2) tabulam titulorum 3) eplam Siricii Papae ad Himerium Tarracon. in 15 nros distinctam 4) 22 eplas Innocentii in 57 nros dispertitas 5) eplam Zozimi ad Hesychium Salonitanum in 3 nros distributam. 6) Bonifacii I decreta 4 nris comprehensa 7) 3 eplas Caelestini in 22 nros 8) 7 Leonis eplas in 48 nros 9) Gelasii decreta in 28 nros; 10) eplam Anastasii I ad Anastasium Augustum in 8 nros. Collectio ~~ne~~ Dionysii Ecclię Rnę in usu fuit, qui tamen usus eam publicum Rnę Ecclię codicem ñ reddidit.

§. II. Num Dionysius primus collegerit decreta pontificia, et an inde concludi possit olim canones Conciliorum tantum, non vero decretales pontificias auctoritatem habuisse? (prout concludit Van Espen et alii quidam.) Minime, nam Dionysius fuit solum primus, qui statuta summorum Pontificum tomo separato a canonibus conciliorum sejunxit, ordinatimque recensuit, quum in anterioribus collectionibus una cum synodorum decretis, vel inter se confuse permiscerent. (Ballerini l. c. part. 3. c. 1. §2.). Insuper vis constitutionum pontificiarum non ex privatis collectionibus, ~~pendet~~ qualis erat collectio Dionysii, pendet, sed ex Pontificis auctoritate: cf. supra par. 2. sect. 2. cap. 6.

Caput VI De breviatione seu Indiculo canonum Ferrandi saec. VI.

Fulgentius Ferrandus Diaconus ecclesiae Carthaginensis floruit c. a. 547. Aequalis itaque fuit Dionysii exigui. Ferrandus habuit rationem materiae non vero synodorum ordinis chronologici et disciplinam canonicam 232 titulis complexus est, et sub titulis canones non retulit, sed indicavit tantum et quidem saepe erronee, aut omisit canones. Omne fere jus can. revocavit ad personas hoc ordine, ut primo locaverit quae ad eppos, presbyteros et diaconos, tum quae ad omnes simul clericos, tandem quae ad clericos simul et laicos spectare visa sunt. Duo tantum hujus breviationis codices hactenus sunt inventi: Trecensis et Corbeiensis; ex quibus simul collatis conflata est editio, quae tomo IX Bibliothecae Patrum inserta est.

Caput VI De Collectione seu Capitulis S. Martini Bracarensis Eppi s. VI.

S. Martinus ortus est in Panonia, unde Orientem ad visitanda loca sancta migrans graecas literas et optimas scientias ibidem excoluit. Ex Oriente in Galliam veniens, constructo a se Dumiensi Monasterio praefuit, tum Ecclesiae Dumiensis eppus, tandem a. 560 Bracarensis archieppus factus est + a. 583. Intendit ille collectiones suo tempore existentes emendatius restaurare, quod tamen non ~~plane perfecit~~ praestitit, quaedam ~~addidit~~ addidit, detraxit

detraxit, immutavit, ut Græcor. disciplinam suor. moribus accomodaret. v. g. can. 10 synodi Ancyranæ vult in ministerio permanere diaconos, qui in ordinatione sua protestati ē se velle uxorem ducere, et postea jam ordinati matrimonio conjuncti ē. Martinus autem dicit (cap. 39) eos post talem protestationem n. posse ordinari. Hausit ille canones ex græcis synodis, nullos vero ex hispanicis et africanis conciliis, et ita disposuit, ut quæ ad eppos vel universum clerum pertinent, una in parte, et quæ ad laicos altera in parte conscriberet. Edita ē collectio Martini in tomo I Bibliothecæ juris can. vet.

Caput VIII

De Breviario et Collectione Cresconii, sæculo septimo c. a. 697.

Breviarium est quasi tabula collectioni, quæ Concordia canonum inscribit, præmissa. In Breviario ponunt. 300 tituli cum sola indicatione docu-mentor.: tum subjungit. eodem ordine ipsor. documentor. seu canonum collectio, ex Dionysii collectione desumpta. Cresconius primus fuit, qui in sua collne synodos et eplas decretales n. edidit integras servato tempor. ordine, sed sectas in partes et in titulos distributas. Breviarium et Concordiam canonum ediderunt Voellus et Henr. Justellus in I tomo Biblioth. juris can. vet.

(c. a. 633)
De veteri collne hispanica non ē quod disseramus, quum eam, prout primitus exstabat, non habeamus.

Caput IX.

De collectione Hadriana a. 774.

Paucis quibusdam additamentis differt a collectione Dionysii Exigui et exstabat jam ante Hadrianum I Papam. Sed quum hic Pfx eam Carolo M. a. 774 tradiderit, et sic probare visus sit, publicam quandam auctoritatem ei contulit, ita ut Codex canonum antonomastice passim in Galliis, Romæ et alibi appellari cœperit. Quando postea prodiere Isidori Mercatoris falsæ decretales, repudiatæ s., quia „in toto codicis canonum corpore n. continent. de„scriptæ“ – ep. 42 Nicolai I Pæ (collectio regia concilior. t. XXII p. 784).

Caput X.

De famosa Isidori Mercatoris collectione, seu de falsis decretalibus sæculo nono.

Percelebris evasit illa collectio ob insignem imposturam per plura sæcula tandem detectam: fraudulenter nempe ei inserta s. plura documenta supposititia et conficta. Præfert plures eplas vetustissimor. Pontificum a S. Clemente ad Sylvestrum, quor. nulla constant decreta: aliisq. Pontificibus usq. ad Gregorium M. aliquas item imposuit ac genuinis interseruit. Acceptus ē liber et ubique diffusus fraudem suspicante nemine et impostura adeo invaluit, ut subsequentes collectores: Burchardus, S. Ivo Carnutensis et præsertim Gratianus Isidori fraudes nihil suspicando suas fecerint et confirmaverint.

Primus cardinalis Nicolaus Cusanus c. a. 1450 in Concordantia catholica (l. 3. c. 2.) decretales has falsitatis suspectas indicavit et tenuit. Item Erasmus. Tum Centuriatores Magdeburgenses, ~~adversus~~ quos confutare tentavit a. 1572 jesuita Franciscus Torres seu Turrianus, sed minime impedire potuit, quin pro dubiis Isidorianas decretales habuerint cardinales: Bellarminus, Baronius, Du Perron et Fronto Ducæus, et Jacobus Sirmondus. Antonius Contius eas probabiliter falsas judicavit, et Antonius Augustinus indicavit insuper quibus ex fontibus impostor quædam suar. pseudo-eplar. fragmenta desumpsisset. Anno tandem 1627 David Blondellus calvinista invictis argumentis ostendit fraudem impostoris, ut ex tunc et pro semper apud eruditos quæstio hæc in rem judicatam abiret. Præstitit hoc in opere, cui index ē: Pseudo-Isidorus et Turrianus vapulantes.

§I Quis auctor, quo tempore et quem in scopum scripserit?

I Auctor ē incertus. Tres codices inscribunt nomine Isidori Mercatoris, non vero Peccatoris, ut legendum putat Petrus de Marca. Porro Isidorus iste n. potest esse S. Isidorus Hispalensis, quia hic ante concilia~~m~~ Toletana~~m~~ et œcumenicum sextum, quor. in compilatione Isidori fit mentio. Ballerini

(De antiq. collect. can. p. 3. c. 6. § 4) et Zaccaria concludunt impostorem fuisse Gallum, aut Gallo-Germanum. Putat Zaccaria (Antifebr. diss. 3. c. 3) fraudem tribuendam cuidam Benedicto Levitae Ecclesiae Moguntinensis Clerico, a quo etiam tres libri Capitularium Caroli M. et Ludovici pii conflati sunt anno 845.

II Zaccaria (l. c.) ad an. 846 refert ortum harum decretalium.

III Collectionem suam ea potissimum mente confecit, ut eppis, qui accusabantur, prospiceret — sed non ut S. Sedis amplificaret auctoritatem.

§. II Falsum est Isidorianam imposturam conscia et connivente Kuma Sede fuisse confectam, ut Jansenistae et Gallicani opinantur. Idem affirmant, Nicolaum I fuisse ardentissimum falsatae collectionis propagatorem. 1) Prodierunt circa a. 846. decretales Isidori: sed ignorat eas Leo IV (847–858) in sua ad Britannos epla (apud Gratian. Dist. 20. c. 1.) ubi codicem Dionysii tanquam Romae receptum describit.

2) Nicolaus I in causa cum Photio non allegat decretales Evaristi, Alexandri, Sixti etc. ante Pseudo-Isidorum ignotas et in epla sua ad Michaelem Imperatorem Pp a. 865 scripta, in qua totus est in asserendis et vindicandis juribus S. Sedis contra Photium, commemorat decretales juxta collectionem Dionysii, non vero ex Pseudo-Isidoro. Item in epla ad Hincmarum Rhemensem a. 863 scripta. Sed postea, quum rescivisset in Gallia receptum esse codicem Isidorianum (quod patet ex synodo Carisiacensi (Quiercy) a. 857 celebrata), in sua 47 ad eppos Galliae epla Nicolaus I redarguit Hincmarum et eppos Galliae, quod codicem Isidorianum reciperent, quo agebatur de ipsorum privilegiis, rejicerent vero quod agebatur de privilegiis Sedis Romanae — b) Immerito ab ipsis rejici decretales veterum Pontificum ex ea Ntum ratione, quod illas non contineret codex Hadrianus (codex canonum), quum possint esse multa authentica, quae tamen in hoc codice non fuerint relata.

§. III. Falsum est, per confictas decretales exstructam Rmo Pfci quam sibi vindicat jurisdictionem, novam introductam disciplinam, perturbata eppor̄ jura, et alia rei ecctiæ illata damna.

Ita querunt: Fleury (3e discours n. 2. p. 173 edit. Paris. 1724), Racine (Reflexions sur l'Etat de l'Eglise t. I p. 202 edit. Coloniens 1759). Febronius (cap. 8. §. 3.), Quesnel, Van-Espen etc. Verum id eos injuste facere ostendunt seqtia:

I Doctrina n̄ est nova, nec immutata. Nam pleraq. pseudo-eplar̄ Isidori excerpta s̄ ex sententiis SS. Patrum, ex sinceris constitib. Rmor̄ Pfcum post Siricium, ex canonibus concilior̄, ac ex Rnis legibus: quæ sane novi juris, novæq. disciplinæ n̄ sunt. Cætera vero eam disciplinam plerumq. exhibent, quæ vel jamdiu inoleverat, vel jam ante aliquanto induci cœperat. Impostura autem in eo sita ē, quod pseudo-Isidorus eas sententias iis auctoribus imposuerit quor̄ n̄ sunt, et posterioris ævi disciplinam antiquioribus Pfcibus affixerit, quasi prioribus Ecsiæ sæculis æque viguisset. Ita Ballerini (De antiq. coll. p. III c. 6 §. 3.) Insuper ostendant ~~dein~~ adversarii, quodnam ē punctum in quo facta sit illa immutatio?

II Impossibile ē, ut tam pacifice introducerent et reciperent istæ decretales, si existentem tunc disciplinam et doctrinam evertissent.

III Injustitia querelar̄ Gallicanor̄ etc. patet ex assensu gli Ecsiæ in doctrinam et disciplinam, qualem exhibebant decretales Isidori. Ecsia autem errare nequit in approbando aliquam doctrinam aut aliquam disciplinam glem, licetsi argumenta, quibus ēdes illam adstruunt, certa non faciat. Ecsia approbavit disciplinam, juxta quam Isidorus scripsit, de authentia autem monumentor̄ ab ipso adductor̄ nullum judicium tulit. Deus debuit providere ne erret in doctrina unanimis scholar̄ consensus.

Caput XI. Bouix 19.

De libro Diurno saeculo VIII.

Diurnus Rnor Pontificum appellat codex in quo praeter formulas scribendi, quib VI, VII, VIII atq etiam IX saeculo Summi Pont uti solerent: continent insuper ordinationes Summi Pont et eppi suburbicarii, cum suis ritib adiunctis, professiones fidei, privilegia, praecepta, concessiones, aliaq huiusmodi n pauca.

§. I. Mentionem de libro Diurno fecerunt: Ivo Carnutensis (Decreti parte 4. cap. 132) Gratianus (dist. 16. c. Sancta 8.), S. Anselmus Lucensis in sua Canonum collectione.

§. II Codex hujus libri ~~vitae~~ asservabat Romae in bibliotheca monasterii Cisterciensium S. Crucis in Jerusalem, alter vero ejusdem libri exemplar Parisiis in collegio Jesuitar Claromontano (hodie Louis-le-Grand) apud P. Sirmundum. Codicem Rnum ~~edidit~~ praelo mandavit Lucas Holstenius Bibliothecarius Vaticanus sed titulus impressus deerat, quem sic Holstenius propria manu affixerat: Diurnus Pontificum, sive vetus formularium, quo S. R. Ecclesia ante annos mille utebatur, Lucas Holstenius edidit cum notis, Romae, typis Lud. Griniani a. 1650. Porro notas illas in titulo promissas nudum edidit. Mutataeq etiam fuerunt ultimae 16 paginae. (Divulgando operi Rni censores obstiterunt, quia in professione fidei, quam Summus Pont emittebat in sua coronatione, et ubi inter Monothelitas Honorius Papa condemnabat. Nihilominus tamen duo priora folia (in 8°) et postremum folium impressi Diurni misit Holstenius Petro de Marca 1660 anno. Ipse vero Holstenius eodem anno mortuus e mense Februario et duobus annis post divulgatio Diurni, quae hucusq dilata e, decreto omno e suppressa. [Fab hoc vero recuperavit ea Coelius Piccolomineus nuntius in Gallia.]

§. III Codicem Sirmondi edidit Garnerius (Garnier) Parisiis a. 1680, ignorans de editione Holstenii et rumor sparsus e, ~~cor codicem librum~~ Garnerii eandem sortem iminere, quam experto e codex Holstenii, adeo ut Papebrochius crediderit, Garnerii librum fuisse revera a Congr. Indicis confixum quod tamen n evenit. Extabat et tertius codex Diurni in manibus de Montchal Archiepi

Tolosani ~~pa~~ qui postea in bibliothecam Dni Fouquet translatus ē. Sed ubi nunc ~~sunt~~ exstent duo Galliae codices ignoratur. Unus vero cum multis notis Holstenii in bibliotheca Vaticana asservatur.

§. IV Divulgatus tandem a. 1724 liber Diurnus Holstenii, quum esset repertus in angulo bibliothecae Vaticanae, editus ē sub titulo: Liber Diurnus Rmor. Pontificum ex antiquissimo codice manuscripto nunc primum in lucem editus. Romae, typis Vannacci 1658. sed editores ultimas 16 paginas ex Garnerio suppleverunt. Postea Baluze, ~~et~~ Daville, Zaccaria et alii cogitaverunt de eius novis absoluta editione libri Diurni ~~non~~ sed propositum ~~in~~ effectum non deduxerunt.

§. V Quanti momenti sit Diurnus liber ad fidei confirmanda decreta et ecclesiasticam illustrandam disciplinam, ostendit Zaccaria in quarta dissertationis suae parte.

NB. ill, quod occurrit in libro Diurno, idem significat, quod nobis N.N.

Caput XII. De aliis usque ad Gratianum collectionibus

I. Collectio Reginonis c. a. 906.

Regino Abbas Pruemiensis in archidioe. Treverensi praecipiente Rathbodo archiepo Trevir. collectionem canonum fecit. Quae divisa ē in 2 libros: primus tractat de personis et rebus eccsticis, alter de laicis, ut in collectione ~~Hinc~~ Martini Bracar. Liber primus incipit ab Inquisitione seu Monitione, i.e. articulis secundum quos eppi interrogare debeant circa res et personas eccsticas, ut in capitulis Hincmari. Similiter l. 2 c. 5 proponitur inquisitio eppi circa laicos. Utramque inquisitionem sequuntur auctoritates canonicae i.e. canonum et decretor. loca, quae firmant singulos harum inquisitionum articulos. Auctoritates hae desumptae sunt ex canonibus conciliorum, decretis Rmor. Pfcum, codice Theodosiano, capitularibus regum Francor. et ex legibus Burgundior. et Ripuarior.; raro allegantur decretales ex Isidoro.
Edidit illam collectionem Baluzius Parisiis a. 1671.

II. Sub finem s. X compilavit collectionem canonum Abbo abbas Floriacensis, cui index est: Incipiunt canones Dni Abbonis abbatis.. excepti de alius canonibus.

III. Collectio Burchardi c. a. 1020.

Credebat olim Burchardus fuisse monachus benedictinus monasterii Lobiensis in Germania. Sed Ballerini (de antiq. collect. can. par. 4. c. 12) probarunt eum fuisse canonicum et capellanum regium. Extra omnem autem dubitationem e positum, eum ante a. 1022 fuisse evectum ad eppatum Wormatiensem, quam sedem tenuit usque ad a. 1025. Collectio ejus constat praefatione et 20 libris. Praefatio illa in editione vulgata differt a praefatione in codicibus mss. repertis a fratribus Ballerinis. Idem observat noster auctor et dicit eandem differre a praefatione codicis qui exstat in bibliotheca Barberina Romae, idque tribuendum studio elegantioris latinitatis. Burchardum quaedam sumpsit ex pseudo-Isidoro, alia, ut putat Baluzius, ex capitularibus francorum regum et ex libris Ferrandi Diaconi, quae inscripsit nominibus antiquorum conciliorum et Pfeum.

IV Collectio S. Anselmi Eppi Lucani qui fuit Gregorio VII addictissimus. Multi sunt hujus collectionis vetusti codices, sed nullus eorum editus fuit. Codex Vaticanus n. 3531, post librorum indicationem seu tabulam sic habet: Incipit authentica et compendiosa collectio regularum et sententiarum SS. Patrum et auctorabilium conciliorum, facta tempore Gregorii VIIui Papae a B. Anselmo eppo Lucensi ejus diligenti imitatore et discipulo, cujus jussione et praecepto desideranter consummavit hoc opus.

V Collectio Cardinalis Deusdedit qui a Gregorio VII cardinalis est factus. Deusdedit duo opera edidit: alterum, quod est collectio canonum, composuit sub Victore III, alterum sub Urbano II, quod est potius tractatus quidam polemicus contra invasores rerum ecclesiasticarum, simoniacos et schismaticos illius temporis. Hujus posterioris operis divisionem sic exponit ipse cardinalis: „Quatuor itaque sunt de quibus Deo auctore scribere pro-

„ponimus. Primum quod regi non liceat „sacrosanctis ecclesiis eppos constituere. Se„cundum de simoniacis, schismaticis et „eorum sacrificio et sacerdotio etc. Tertium „quod clerus a saecularibus pasci debet „atque honorari, non infamari, etc. Quar„tum quod saeculari potestati non liceat „in ecclesiam clericos introducere vel ex„pellere, nec res ecclesiasticas regere vel in „sua jura transferre."

Collectioni canonum multa Deusdedit inseruit ex archivis Lateranensis Ecclesiae ad patrimonium S. Petri pertinentia, et quorum ~~multa~~ plura nondum fuerunt edita. Profert integra privilegia Rom. Ecclesiae data a Ludovico Pio, Ottone et Henrico I, juramenta Roberti Ducis Apuliae, ac Jordani et Ricardi principum Capuae et alia id genus.

VI. Collectio Bonizonis eppi Sutriensis et postea Placentini, c. a. 1089 scripta constat decem libris, singulis eorum praefigitur argumentum seu materiae tractandae indicatio. Haec argumenta ex codice Brixiensi ediderunt Ballerini (De antiq. collect. can. par. 4. c. 15.)

VII. S. Ivonis Carnutensis duplex collectio. S. Ivo a. 1078 constitutus fuit Abbas monasterii Bellovacensis S. Quintini ordinis canonicorum regularium, et eppus Carnutensis a. 1092 – mortuus est a. 1115 vel 1117. Pius V a. 1570 canonicis Congregationis Lateranensis concessit, ut die 20 maji Ivonis memoriam celebrarent.

Duae sunt canonum collectiones Ivonis. Una Panormia Ivonis in octo partes distributa; quae tamen abjudicatur Ivoni a multis eruditis – altera Decretum Ivonis, quod in 17 partes distribuit. Utrique collectioni eadem praefixa est praefatio. Ivo usus est praecipue Isidoro Mercatore, tum Reginone, ex quo formatas transcripsit in Decreto, tum Burchardo – alia ipse inseruit ut quae leguntur secunda parte Decreti adversus errores Berengarii, et quae parte 16 referuntur ex jure Rom. et ex capitularibus regum Francorum.

VI. Collectio Gregorii presbyteri. Illam sub nomine Polycarpi composuit presbyter Gregorius Calixto II Papa (1119–1124) ut Ballerini putant. Praecipuus codex illam continens est Vaticanus nri 1354; nondum enim est edita. Dividitur in 8 libros, quorum argumentum simul cum praefatione initio operis affixa exhibent Ballerini (De antiq. can. collect. par. 4. c. 17.) De aliis collectionib. s. XI agunt iidem (ibid. c. 18.)

Caput XIII. De Gratiani collectione. Bouix 20.

1. Quis Gratianus. 2. Qua methodo scripserit. 3. Quid Paleæ. 4. Qui libri successus. 5. Quæ vitia. 6. Quæ auctoritas.

1. Gratianus natus ē Clusii in Etruria et Bononiæ in monasterio SS. Felicis et Naboris regulam S. Benedicti ē amplexus.

NB. Accuratissima editio Corporis juris canonici est quæ prodiit Coloniæ Munatianæ a. 1783.

2. Edidit ille c. a. 1151 celeberrimam collectionem, cui index ē: Decretorum canonicorum collectanea, seu Concordantia discordantium canonum. Tanquam fontibus usus est Gratianus Scriptura S., 50 canonibus Aplorum, conciliis glibus et particularibus, constitutionibus Summorum Pfcum, sententiis SS. Patrum et plurium scriptorum eccticorum, jure civili Rno, capitularibus Regum Francorum, historia ecctica, Libro Diurno, Ordine Pœnitentiali et Pontificali Rno. Opus hoc communiter Decretum Gratiani appellatum dividitur in 3 partes, quarum prima continet 101 Distinctiones in canones seu capita distributis; — secunda 36 causas, quæ dividuntur in quæstiones, et hæ in canones seu capita. NB. causa 33ª quæstio 3ª hujus partis continet tractatum de Pœnitentia 7 distinctionibus comprehensum. Tertia denique pars, quæ de Consecratione inscribitur, 5 distinctionibus continetur.

Gratianus distinctiones solum et causas nris distinxit, canonibus vero seu capitibus nros apposuit Antonius Augustinus.

3. Occurrunt in collectione Gratiani canones n̄ pauci sub nomine Paleæ, quæ ē posterioris ætatis manus alienæ. Paleæ primum in margine erant adnotatæ, tum demum in textum ē translatæ. Non ōes tamen paleæ, quæ in antiquis codicibus mss. inveniuntur, reperiuntur in impressis, et vicissim. Unde nomen paleae descendit n̄ convenit inter eruditos. Alii putant, ideo quosdam canones paleas vocari, quod sint levioris momenti, sed paleæ minime gravitate ab aliis canonibus differunt. Alii a πάλιν derivant, quasi præcedentes canones rursum iniis repeterent, sed Paleæ differunt a canonibus proxime prægressis. — Alii a τὰ παλαιὰ, sed n̄ magis antiquati ē canones palearum, quam cæteri. Alii ab post alia, sed n̄ probant. Alii denique contendunt Paleam nomen fuisse cujusdam, qui hos canones Gratiani collectioni addidit.

4. Vix Gratiani opus in lucem prodiit, ~~sta~~ in scholis, in foro ~~uti capta~~ receptum ē, oesq ad illud comentandum sese accinxerunt, neglectis ~~alus~~ cæteris collectionibus

5. Peccavit Gratianus desumendo monumenta n̄ ex ipsis fontibus, sed ex mendosis collectionibus Burchardi, Ivonis et alior, qui et ipsi Isidori collectione s̄ usi. Hinc falsis decretalibus pro genuinis utitr, confundit canones Quinisextæ Synodi cum canonibus sextæ oecumenicæ confundit sententias Patrum cum decretis Pfcum, et unum Concilium vel Pfcem cum alio. Neque antiquitatis insuper, neq græcæ linguæ gnarus fuit. Quæ pa Gratiani menda correxit Berardi.

6. Multi dicunt, Gratiani laborem ut privati Doctoris collectionem esse habendam, et eam vim habere quam habent singula decreta extra collectionem spectata. Sed si spectetr ad usum per plura sæcula universalem quo, n̄ modo in scholis, sed etiam in judiciis, tanquam regula accepta ē et adhibita hæc collectio, dicendum ipsi accessisse ex tali ultroneæ cesiar consuetudine publicam quamdam auctoritatem. Unde dici potest, Gratianeam collectionem, quæ originarie privata Ptum erat compilatio, ex usu et acceptione generali fuisse in vim codicis publici erectam et quodammodo canonizatam.

Caput XIV.

De collectionibus post Gratianum usq ad Gregorium IX.

I Collectio Cardinalis Laborantis c. a. 1182. Card. Florentinus ob indefessam in labore constantiam Laborans cognominatus concinnavit collectionem canonum, quæ adhuc ē inedita. De ea vides. Theineri Disquisitiones in canonum collectiones p. 402. Romæ 1836. Laborantis collectio sola methodo, ~~quæ~~ differt a Gratianea, et hac præstat.

II Collectio decretalium quæ dicitur prima confecta ē privato studio a Bernardo Circa præposito Papiensi c. a. 1190. sub titulo Breviarii extravagantium. Continet decretales, quæ Gratianum effugerant, vel ī secutae. Vocatur prima ratione sequentium habita.

III Collectio secunda, privato studio Joannis Vallensis ~~II~~ confecta. Accesserunt ei constnes Cælestini III.

IV Collectio tertia sub Innocentio III edita, ejusq auctoritate firmata.

V Collectio quarta ~~et quinta~~ prioribus addidit posteriores decretales Innocentii III et canones Conc. Latera.

VI Collectio quinta complectit decretales Honorii III. Tres postremæ collectiones Aplica auctoritate ī vulgatæ, sed ōes 5 in oblivionem abierunt post editum Decretalium Gregorii IX librum.

Caput XV

De collectione decretalium auctoritate Gregorii IX

§. 1. In quem finem et quomodo edita. Quod Justinianus in jure civili, id Gregorius IX in canonico præstare voluit. Qua in re usus ē opera sui capellani et Pœnitentiarii Raymundi de Pennafort ex Ord. Prædic. Is in collectione sua complexus ē constnes Pfcum a Gregorio I ad Greg: IX., loca scripturæ s. SS. Patrum, conciliorum etc. Collectio hæc 5 libris continet, qui exprimi solent versiculo: Judex, judicium, clerus, connubia, crimen.

Primus scilicet liber agit de Praelatis ecclesiis — II de judiciis civilibus eorumque ordine — III de rebus ecclesiis, quae ad forum eppale deducuntur in civilibus causis. IV de connubiis — V de judiciis criminalibus ~~et~~ delictis et censuris. Raymundus perfecit hoc opus intra 1230 – 1233 annos, et publicavit illud Gregorius IX, prohibens, „ne quis aliam „collectionem praesumat facere absque auctoritate Sedis Aplicae speciali."

§. II Quomodo differt a Gratianea quoad auctoritatem.

Gratiani Decretum non per se, sed ex usu et ultronea ecclesiarum consuetudine publicam habet auctoritatem. Collectio vero Gregorii IX vim legis ex Sedis Aplicae auctoritate obtinuit. Idipsum dicendum est de libro sexto decretalium et de Clementinis, utpote per similem officiam vulgationem juris publici factis.

Caput XVI De reliquis collectionibus publicis.

I De sexto libro Decretalium. a. 1298.

Emanatas a Rmis Pfcibus post Gregorii ~~—~~ IX collnem constnes colligere in unum corpus Bonifacius VIII opportunum ducens, commisit hoc opus Guil. de Mandagotto Archieppo Ebredunensi, Berengario Fredoni eppo Biterrensi et Cardinali Richardo de Senis. Opus absolutum publicavit Bonifacius VIII ~~et~~ nomine Sexti libri Decretalium, qui sicut et Gregoriana collectio, in libros 5 dividitur eadem servata titulorum et materiarum serie.